patronum. Cumq; mortiferum manu teneret poculum talia uerba emisit. Nõ se credere moriturũ: sed mortem cum uita cõmutaturũ quisq; iudicasset. Et Solonis quidem sapientis eulogiũ est quo rogabat' uelle suam mortem dolore amicorũ lamentisq; uacare. Et Ennius suis dicere consueuit: Nemo me lachrymis decoret: neq; funera flere fas sit. Nam uolito docta per ora uirũ: nõ esse lugendam mortem quã sequit' imortalitas. Hinc & ex Romanis. Q. maximus: filium efferens consularem: lachrymas nõ emisit. Et Mar. por. Cato. pretoris designati filii mortem siccis oculis tulit. Mar. Hosti. puluillus edes iouis in capitolio dedicans nuncianti mortẽ filii: nichil aliud ad eũ a ꝓposito auersus q̃ ut cadauer efferri iuberet. Lucius paulus septem diebus inter duorum exequias filiorũ triumphans urbem ingressus est. Sed quid hominũ exempla propono. Cignus dicatus apollini quod ab eo diuinationẽ habere uideatur: prouidẽs nichil mali esse in morte cũ cantu moritur & uoluptate. Inde ẽt uolũt q̃plurimi ꝙ idcirco corpa mutoꝝ animaliũ occisa nõ timeamus. corpora uero humana mortua formidemus: quia imprimis nichil post mortem remanet: in corporibus autẽ humanis lateat dicũt nescio quid nũmis. Hinc canoniste. xxiiii. q. iii. c. si habes. dicunt: Si una anima sine baptismate de corpore exeũdo perierit innumerabiliũ mors corporũ huic damno nõ potest comparari. Et Iurisconsultus. C. de sacro sanctis ecclesiis. l. sancimus nemini licere. &. ff. de carboniano edicto. l. prima. dicit ꝙ potius sit consulendum anime

quã corpori:quia ubi maius periculũ:cautius est proui dendũ. Sed obsecro preter ea que a philosophis: oratoribus & poetis dicta sũt:& plura adduci possent. unde tanta ab antiquis legũ obseruãtia:templorũ:statuarũq; erectio:unde tot funera sumptuosa: tot deorũ pietates. Certe omnia ex sola sperata: ĩmo certissima animorũ ĩmortalitate. Propterea Cicero concludens in de somno Scipionis: animorũ ĩmortalitatẽ dixit.ĩmo uero uiuũt qui e corporũ uinculis tanq̃ e carcere euolauerunt. Nostra uero que dicit᷑ uita:mors ẽ. Nũc o illustris prĩceps adducam ex Herodiano greco carptim quemadmodũ Romani ut animorũ ĩmortalitatem ostenderent:imperatorũ manes post funera inter deos referebãt. Mos est Romanis Herodianus inquit: Imperatores sic cõsecrare:referreq; inter deos. Quippe certã imaginem defuncto simillimã: uestibus instratam aureis: super lectum eburneũ in regie uestibulo proponũt. A leua quidẽ senatus oĩs uestibus atris amictus. A dextera uero matrone honorabiles: clareq;: etiã uestibus exilibus indute. Post uero septem dies nobilissimi iuuenes & lectissimi lectum humeris attollũt: inuectũq; per uiam sacrã deferunt in forũ:ubi magistratus Romani:deponere imperium consueuerũt. Erant circa lectũ gradus ad scalarum similitudinem:ĩ quibus altera ex parte puerorũ & feminarũ chorus hymnos poemataq; lamentabili carmine in defunctum modulabant᷑. Inde extra urbem in campũ marciũ lectus deferebat᷑. Assurgebat hic suggestus quidã.i.pulpitus: in tabernaculi forma cõpactus:

P

materia ingentiũ lignorũ oppletus ad intra fomitibus aridis:auro uero uariisq; picturis extra ornatus. Supra hunc pulpitũ alter erat minor forma: sed ornatu psimilis. Tertiusq;:item & quartus semp iferiore cõtractior: ac deinceps alter donec ad extremũ q erat omniũ breuissimus perueniret. Posses eius edificii formã cõparare turribus hiis que iminentes noctu igne prelato: naues in tutas statiões dirigunt(pharos uulg⁹ appellãt) Igit̃ lecto in secundũ tabernaculũ sublato: gens oĩs & ciuitas:aromata & suffimenta oĩs generis: fructus:herbas:succos oĩs odoratus cõquirũt: atq; semp aceruatim effundunt. Tum circa edificium:adequ[illegible] ordo uniuersus equestris:lege quadam & recursu motuq; pirritico. Demũ facem capit imperii successor: eã admouet tabernaculo: tum ceteri undiq; ignem subiciunt:cunctaq; illico fomitibus illis aridis odoramẽtisq; referta:igni ualido corripiuntur. Moxq; ab extremo minimoq; tabernaculo: tanq̃ e fastigio quodã simul cum subiecto igne aquila dimittitur:que in celum creditur ipsam principis animam deferre. Ac iam ex illo una cum ceteris numinibus imperator colitur. Hec ille. Nunc ad argumenta respondetur: & ad primum dicitur ꝙ Salomon ibi loquitur ex persona insipientium & epicureorũ: ut dicit Tho. prima par. q. lxxv. Et similiter respondetur ad illud Sapientie. ii. Dixerunt impii apud semetipsos non recte cogitantes:exiguum & cum tedio est tempus uite nostre:& nõ est agnitus qui sit reuersus ab inferis: quia ex nichilo nati sumus:& post erimus quasi nõ fuerimus. Ad secundũ dicit̃ ꝙ anima nõ habet uirtutem

ad essendũ semper·i·sine principio & sine fine·sed sem per·i·sine fine·tantũ habet uirtutem ad essendum· Primo modo accipit phũs in de celo· Vnde ut dicit Scotus in quarto hoc aduerbiũ semper in predicato dicit principiũ & finem·a parte aũt subiecti positum:dicit tantũ finem· Ad tertium dicendũ ꝙ sicut cõmentator dicit in tertio de aĩa· Intellectus nõ eodem modo dicitur forma sicut alie forme materiales & naturales· Nã anima cum habeat esse absolutũ: ut eius operatio ostendit: nõ est per esse cõpositi:sicut alie forme materiales:quin potius compositũ est per esse aĩe· Et ideo corrupto corpore nõ corrumpitur per accidens anima sicut alie forme que nõ sunt nisi per esse compositi: & ꝓpter hoc quãdo aĩa separatᷣ a corpore bene desinit esse forma:sed nõ desinit esse essentia:quod formis naturalibus nõ conuenit Ad quartũ respondet Albertus ubi supra in opponẽdo dicens:ꝙ solus Alexãder peripateticus ab omnibus peripateticis degenerauit dicens: animã rationalẽ cum corpore interire· Ad quintũ ipsius Plinii respondetᷣ ipsum tanꝗ ꝓphanũ negando·uel ꝙ dixerit illud recitatiue & nõ assertatiue: Ergo cũ ecclesiastes ultimo concludamus· Cũ moritur homo & diuiditᷣ aĩa a corpore: reuertitᷣ puluis in terram suã: & spũs redit ad deũ qui fecit illũ· cuius sententiam confirmat Lucretius dicẽs Cedit idem retro quod fuit ante de terra·Sed quod missum est ex superis rursum celi fulgentia tẽpla receptãt·

S Ecunda questiuncula est: si uas hoc fictile corpus humanũ anime ꝑfectibile corruptũ & incineratũ

P

resurget iterum & reuiuificabit. Ad quã respondendo dicendũ est: q multi phi qui imortalitalitem animorũ posuerunt: uiuificationem tamẽ corporũ & illorũ eandem numero resurrectionẽ: ut dicit Augustin9. xii. de ciuitate dei. c. iiii. Nullo modo potuerũt credere: muniẽtes se rationibus: auctoritatibus: & exemplis. Prima ratio eorũ talis est: Agens naturale nõ agit nisi per motũ uel mutationẽ. Motus autem & mutatio interrupta redire idem numero nõ potest. Nam interruptio motus & iteratio eius repugnat cõtinuitati & unitati illius: ut patet in esse generationis hoĩs: & esse ipsius resurgentis Nõ ergo terminus eius potest redire idẽ numero. Hãc rationẽ ponit Scotus in. iiii. d. xliii. Et dñs Egidius romanus in cõmẽto quĩti phisicorũ. ubi ponit phũs exemplum de sanitate cõtinuata in mane: interrupta in meridie: quam dicit nõ esse eandẽ numero cum reddita in uespere. Item scdo sic: Natura semp per formã aliquã operat: nam principiũ cuiusq; operatiõis est aliqua forma. primo celi. Ignis enim agit p calorem. Artifex uero p formam in mẽte. Sed corruptũ amisit illud quod poterat esse principium actiõis: ergo nõ potest redire: nec a se cum nichil possit seipsũ generare & educere de potentia ad actum. Nec ab alio quia sic genitũ esset generanti: nõ solum idem specie: sed idem numero. Hec ratio est sancti Tho. iiii. contra gentiles. Item tertio sic: Deus nõ potest facere preterita nõ fuisse preterita: nam hoc solo priuat deus. ut dicit phũs. vi. ethicorũ. de mente agatonis ingenita facere que facta sunt: ergo nõ põt

corpa corrupta & preterita & dissoluta resuscitare: qa faceret nō solū preterita non fuisse preterita: sed ea esse p̄ntia. Nūc idē ꝓbat̃ auctoritatibus: & primo ecclesiastes. iii. dicit̃: Vnus est interitus hoīuȝ & iumentorū: & equa utriusq; cōditio: sed iumēta nō resurgent: ergo. Et Iob. xviii. Homo cū dormierit nō resurget donec alteret̃ celū: sed celū nūq̄ alterabit̃ cū sit incorruptibile: ergo. Et phūs. viii. metha. Negat uinū ex aceto redditū ī uinū: etiā īmediate esse idē: nec numero nec spē. Nam oportet pri⁹ resolutionē fieri ad materiā cōem. Et Auicenna dicit. iii. sue metha. q̄d annichilatū est nō reuertit̃: sed forme corporū humanoꝝ ultimo annichilant̃: qa nichil de illis remanet nisi materia prima. ergo. Itē in postpredicamētis dicit̃: A priuatiōe ad habituȝ nō ē regressus. Q̄d intelligit̃ scd̄m Scotū de priuatiōe subsequēte formā: nō formā precedēte. Et Plinius libro. vii. naturalis historie. ca. lv. dicit: Resurrectio corpoꝝ quedam uanitas est. Et cōmentū de asseruādis corpibus hominū ac reuiuiscēdis ꝓmissū a Democrito: q nō reuixit ipse: maliq; ipsa demētia sit reiterari uitā: mortēq;. Hec ille. Exemplo etiā patet: nā alique natiōes uescunt̃ carnibus humanis & solū tali nutrimento nutriunt̃: ergo hec caro in eo quē nutriuit resurget: & non in comesto: ergo saltim nō erit uninersalis resurrectio corpoꝝ: ut dicunt christiani. Hec tho. iiii. contra genti. ca. xviii. Q̄d aūt alique natiōes uescant̃ carnib⁹ hūanis: patet p Hieronymū cōtra Iouinianū dicentē: Quid loquar de ceteris nationib⁹: cū ipse adolescentulus uiderim in galliā: scotos gentē britanicā: hūanis uesci carnibus. Et cū per

p

siluas porcorũ gregẽ: & armentorꝝ pecudũq̧ reperiant: pastorꝝ nates & feminarũ papillas solent abscindere: & has solas ciborꝝ delicias arbitrari. Et Massagetes & derbices miserrimos putãt q egrotatiõe moriunt̃: sed parẽtes & ꝓpinquos cũ ad senectã uenerint iugulatos deuorant: rectius esse dicẽtes: ut a se potiusq̃ a uermib⁹ cõsumenť. Hec ille. Sed in cõtrariũ est Innocenti⁹ tertius ca. i. extra de sũma trinitate & fide catho. ubi dicit: oẽs cũ suis ꝓpriis resurgent corporib⁹ que nũc gestãt ut recipiant oẽs scd̃m opera sua: siue bona fuerint siue mala. Idem habet̃ multis aliis locis utriusq̧ testamenti: & in sacris doctoribus fidelibus. Pro responsione sciendũ est ꝙ multi ex antiquis & modernis solo noĩe christiani attendẽtes principia sola phĩe que fundant̃ in uirtute nature: que semel corrupta ex toto: eadẽ numero reparare nõ põt: exciderũt a fide. Nã ĩ primis scribit̃ Actuũ xvii. predicante Paulo resurrectionẽ athenis quidã phi epicuri: & stoici dicebant: Quid uult hic seminator uerborũ: nouorũ demoniorũ annũciator est: & duxerũt eũ ad ariopagũ: & cũ iterũ predicaret corã rege agrippa resurrectionẽ. Fest⁹ phũs maxim⁹. uoce magna dixit: insanis Paule: multe lr̃e te ad insaniã cõuerterũt. Ibidẽ ca. xxvi. Saducei ẽt resurrectionẽ nõ credẽtes cũ christo in palestra fuerũt ꝓponẽtes historiã mulieris septem uiros habẽtis. Luce. xx. Similiter philetus & Hymeneus. ex eadẽ cã negauerunt resurrectionẽ ut inqt Paulus. ii. ad thimotheũ. ii. Et cũ contra eos textus Iohãnis adduceret̃. Ioh. vi. Venit hora & iã nũc est qñ mortui audient

uocem filii dei:& qui audierũt uiuent. Respondebãt ꝙ illud intelligebatur de resurrectione spũali animarũ in baptismo in fide & obedientia. Illãq; iam factã cũ diabolo & pompis eius abnegamus: christo fide inherẽtes in baptismate. Q đ si contra eos argueret' ut Paulus. ii. ad corintheos. v. arguit dicendo: Si resurrectio mortuorũ nõ est: nec christus ergo resurrexerit. Respondent ꝙ christus de gracia speciali quã solus habuit ratione sue diuinitatis: que nunq̃ seperata fuit a corpore eius in sepulchro: nec ab eius anima i limbo: nec a sanguine effuso tunc in cruce & in terra & iterum assumpto in resurrectione: excitauit se a mortuis idem unmero ꝓpria uirtute quã nulli alteri a christo põt cõuenire. Ideo i christo resurrectionem concedũt: in aliis uero nõ. Dixi aũt hic ꝙ diuinitas nunq̃ fuit separata a corpore: anima & sanguine intelligendo unione ꝑsonali: bene tamen fuit separata unione integrali nature: qua uniõe aĩa unitur corpori. ut declarat sanct⁹ Tho. ter. par. q. lii. Origenes similiter ut adducit Hieronymus ad pãmachiũ contra Iohannẽ hierosolymitanũ episcopũ: Resurrectionẽ corporũ negauit ꝓpter illud Pauli prime corinth. xv. Caro & sãguis regnũ dei nõ possidebũt. Si enĩ dicit Origenes eadẽ ossa caro sanguis idẽ uultus & mẽbra totiusq; corporis particule resurgent ĩ nouissimo die: ut simplices & philosartes. i. amatores carniũ dicunt. Consequẽs est dicere ꝙ a nobis sit comedendũ: bibẽdũ: digerendũ: ducende uxores: liberi ꝓcreandi. aliter enim frustra ibi essent iste potentie. Item Martion. apelles. ualentinns.

p

Manes: salutem tantũ tribuerũt animabus: corporis uero·i·carnis resurrectionem penitus negãtes: eam tantũ putatiuã & fantasticam concedentes· Frustraq; dicunt nos ad exemplũ domini resurrecturos·Cum ipse quoq; dñs in fantasmate resurrexerit· Et nõ solum resurrectio eius: sed ipsa natiuitas putatiue magis uisa sit q̃ fuerit· Iohãnes etiã & Rufinus dicunt: q; anima cũ hoc fedus caducumq; corpusculum: dei iussione dimiserit: corpora humana redibunt ad materie sue antiquas substantias·Carnes in terram: alitns in aera: aqua in humorem calor ad ethera·Nam unũquodq; resoluit' in hiis ex q; bus componit'·vi·phisicorũ·Nunq̃ tamen dicũt eadem corpora in antiquã speciem redire: nec posse ex toto eadem esse que fuerunt·Et ponunt exemplũ: nam si sextarium lactis aut uini mittas in pelagus: uelisq; rursũ separare uinũ aut lac quod fusum fuerat: nõ poteris·Licet uinũ & lac que fuderas nõ perierint· Sic dicũt substantiam carnis & sanguinis nõ perire quidem in originalibus materiis: nunq̃ tamen in antiquã speciem redire posse· Nõ ergo dicunt corpora nostra pristinam recipient uilitatẽ: ut·s·carnes: ossa: sanguis & mẽbra resurgant: & tonsore egeamus ꝑ unguib⁹: libidines effluant: inferiores partes stercora emittãt· Sed aliud nobis erit ethereum & spũale corpus quod nec tactui subiacebit: nec id oculus uidebit: pondere nõ grauabit': & ꝑ locorũ uarietate in quib⁹ futurũ est nõ mutabit'·Hii sunt fere omnes hereticorũ in tanta diuersitate de resurrectione corporũ errores Nũc aũt ex sacra scriptura doctoribusq;

fidelibus ponēda est de dilapsorū in cinerē corporū re-
generatiōe uera & catholica sñia. & deinde prescriptis
obiectis respondebit. Ad cuius euidentiā ponit̃ scd̃m
theologos in.iiii.suiaꝝ.d.xlvii.&.xlviii. hec conclusio
uniuersalis. Q̃d oēs hoīes mundi:preteriti:presentes:&
futuri:boni & mali: cuiuscūq; secte:status: cōditiōis:&
etatis fuerint:in nouissimo die resurgēt cū corpib⁹suis:
& reddēt de factis ꝓpriis rationē. Que cōclusio ꝓbabit̃
rōnib⁹:auctoritatib⁹ & exemplis. Prima rō sumit̃ ex aīe
rationalis cōditione. Forma enī que est per se subsistens
& ad beatitudinē ordinata:ꝑ ipsam potentiā & beatitu
dinē ꝑficit̃. Sed aīa humana cū sit forma & actus: habi
tudinē habet ad potentiā siue ad corpus cuius ē actus.
ii.de aīa. Ergo uel oportet dicere ꝙ aīa remaneat in ꝑpe
tuū impfecta cū sit īmortalis & incorruptibilis qd̃ non
est dicēdū:qa nō solū natura abhorret impfectū: sȝ for-
tius auctor nature:cuius uirtute cuilibet nature cōfert̃
esse ꝑfectū. Ergo oportet ponere cū unūquodq; natura
liter tendat ad ꝑfectionē suā:ꝙ ꝑ resurrectionē aīa iteꝝ
suo ꝑfectibili corpori uniat̃. Et confirmat̃ hec ratio in-
quantū aīa est ad beatitudinē ordinata. Nā ipossibile ē
ꝙ res aliqua frustetur fine suo etiā scd̃m naturaȝ. Nam
neq; deus neq; natura faciunt aliquid frustra. primo ce
li.&.iii.de aīa. Sȝ anima rationalis ordinata est ad bea-
titudinē ꝑfectam consequendā:quā sine corpore conse-
qui nō pōt:sicut nec esse ꝑfectū habere pōt. Ergo opor-
tet ponere ipsam corpis resurrectionē:si ꝑfectionem aīe
rationalis uolumus saluare. Et ꝓpter hanc rationē oēs

p

fere philosophi posuerũt aīas aliquãdo in corpibus reuersuras siue rationabiliũ siue irrationabiliũ: ut supra adductũ est. Sed Augustin⁹ in. x. de ciuitate dei. & Hieronymus dicunt: q̄ fas nõ est q̄ cũ in aliis corporib⁹ aīe peccauerint: ī aliis torqueant. Nec est iusti iudicis alia corpora p̄ christo sanguinẽ fudisse: & alia coronari. Sed iustorũ aīe ad illa corpora redibũt: quorũ usu & ministerio uirtutes & scientias acquisiuerũt: eleuateq; sũt in deũ. Malorũ uero ad illa cum quibus & in quibus peccauerunt: ut dicit ubi supra Augustinus. Secũda ratio sumit̃ ex iusta diuina premiatione: nã ad diuinã iusticiam p̄tinet unicuiq; reddere nõ solũ merita aut demerita: sed etiam ubi & in quo meruit uel demeruit. Licet autẽ meritum & peccatum principaliter aīe ascribat̃ in quantũ in ea consistit liberũ arbitriũ & gracia que sunt causa meriti principaliter. actus tamen bonus & malus imputat̃ homini soli. Nam actiones sunt supposito rũ. ii. de aīa. Et ideo totus homo iudicand⁹ aut premiandus est. Sed totus homo dicit̃: cum partes essentiales. s. anima & corpus sũt cõiuncte. ergo &c̃. Q d aũt aīa preueniat corpus in premio paradisi: aut pena inferni: hoc est: quia ipsa etiã preuenit corpus ī merito uel peccato. Nã actus aīe precedũt actus corpis: & t̄pe & ualore. ut dicit Tho. prima sc̄d̄e. q. vii. arti. i. Tertia ratio sumit̃ ratione innaturalis uiolentie. Nam uiolenta p̄petua eẽ nõ possunt. primo de celo. Sepatio autẽ corporis ab aīa est uiolenta: qa cõtra naturalẽ inclinationẽ aīe: qa sc̄d̄m philosophũ. aīa naturaliter inclinat̃ ad p̄ficiẽdũ corp⁹

quantũ ad actũ primũ que est impfecti ad pfectũ: non aũt quãtũ ad actũ secũdũ. s. pfecti ad pfectionẽ aliquã secundã: qa hec secũda nõ est uiolẽta: ut dicit Scotus in qrto. Ergo sequit q hec uiolẽtia qñq; terminabit cũ aĩa iterũ corpus reformabit. Ex hiis etiã põt deduci q idẽ numero resurget q cecidit: nã oportet q illud idẽ ad finem pueniat qđ ad finẽ factũ est & ordinatũ. Sz totus homo est factus & ordinatus ad beatitudinẽ & ultimũ finẽ: ergo oportet q idẽ totus in aĩa & corpe ad illũ finẽ pueniat. Itẽ cuius principia sũt eadẽ numero & principiatũ oportet sit idẽ numero. Sed ĩ resuscitato sũt eadẽ numero principia: quia materia corpoꝝ manet semp eadem numero: & similiter etiã eadẽ aĩa cũ sit incorruptibilis: uel saltẽ scđm eos q ponũt unitatẽ forme substãtialis: ergo idem homo resurget qui cecidit. Nũc ponẽde sunt auctoritates: & primo Platonis qui ut refert Augustinus. xii. de ciuitate dei. c. dixit: q post completã ultime spere uel celi stellati reuolutionẽ: que est in. xxxvi. milibus annorũ. (Nam in centũ annis celum stellatuz mouet uno gradu). Omnes partes mundi eedez numero in esse reducent: cum ad easdẽ causas sequant iidem effectus. Vnde dicebat Plato: se iterum atq; iterũ athenis lecturum in eisdem scolis: & eisdem scolaribus post inumerabilia secula: sicut retro plixis interuallis p innumerabilia secula ibidem & illis legerat. Et Plotinus sicut refert Augustin⁹. xxii. de ciuitate dei. ca. xxvii. dixit: Sine corporibus in eternum anime esse nõ possunt. Ideoq; post quodlibet longũ tempus sũt ad corpa redi-

p

ture. Et Tertullianus in apologetico capite. xlvii. dicit: Multo itaq; dignius credit᷑ hominē ex homine reditu-rū quēlibet ꝓ quolibet: ut eadē qualitas aīe in eandē re-stituat᷑ cōditionē: quia ratio restitutiōis destinatio iudi cii est. Necessario igit᷑ idē ipse qui fuerat exhibet᷑ ut bo-ni seu cōtrarii meriti iudiciū a deo referat. hec ille. Itē & Virgilius dicit in sexto: Has oēs ubi mille rotā uolue re ꝑ ānos. Letheū ad fluuiū deus euocat agmīe magno scilicet īmemores supera ut cōnexa reuisent. Rursus & incipiant in corpa uelle reuerti. Item Iob. xix. ca. dicit: Scio ꝙ redēptor meus uiuit. s. mecū ꝑ fidē: & in nouissi mo die de terra surrectur⁹ sum &c̄. De quo Iob dicit hie ronymus ad Paulinū: ut de ceteris sileam resurrectionē corpoꝝ sic Iob ꝓphetat ut nullus de ea uel manifestius uel clari⁹ scripserit. Tertio idē suadet᷑ exēplis: Nā plan te que tpe hyemis uident᷑ mortue: appropinquāte sole i uere reuiuiscūt atq; frondib⁹: florib⁹ & fructib⁹ uestiūt᷑. Leones primo nascūt᷑ q̄si priuati uita: postea uero ad ru gitū parentū reuiuiscūt. Vrsus cū nascit᷑ nō uidet᷑ aīal: sȝ frustū carnis generatū: qd̄ femīa lambēs ad formā ueri aīalis ꝓducit. Fenix dū ad seniū post quingētos annos ꝑuenerit: cōstructo nido uel pira ex lignis siccis & aro-maticis: coq; alis incenso uel calore solis sponte se i ipsū ingerit: que cōbusta redit ī cinerē: ex quo cinere uermi-culus exit q in ipsā auē fenicis iterū postea cōmutat᷑. In qua si esset eadē aīa: que in prima fuerat: tūc esset fenix q̄si eadē numero de nouo resuscitata Et uermes ex q̄bus sericū fit: iacēt ꝑ annū mortui: ī uere postea femīarū aut

uirorũ calore tẽperato reuiuiſcunt. Et refert Eſculapius medicus ꝙ cũ ſemel offendiſſet duos ſerpẽtes ad inuicẽ preliantes: unuſqꝫ alterũ occidiſſet: ſuperſtes ſerpẽs delata quadã herba & poſita ſup os ſerpẽtis mortui: ſuſcitauit eũ. notataqꝫ herba cum ea tres mortuos ſuſcitauit Filiũ. ſ. regis mynoys. hypolitũ filiũ Theſei: & quendã aliũ. Vnde Ouidius. xv. methamor. dicit: Nec niſi apol line ualido medicamine prolis. Reddita uita foret quã poſtea fortibus herbis. Atqꝫ ope peonia dite indignante recepi. Si ergo natura & ars põt ut patet ſupradicta uiuificare: quãto magis uirtus diuina diſſoluta & ĩ cinerẽ redacta corpa: iterũ poterit reformare: que ſola mortificat & uiuificat: pducit ad ĩferos & reducit: ut inqt pſal.

Nũc ad argumẽta reſpõdeamꝰ ad que oĩa Scotꝰ in. iiii. ſnĩaꝝ dicit ꝙ licet interrupta eadẽ numero: opere nature p motũ & mutationẽ operãtis redire iterũ nõ poſſint uirtute tamẽ diuina que nõ ordine generatiõis naturalis operatᷣ: poterit oĩs & totus homo iterũ idẽ numero uiuificari. Et addit Scotus & bene: ꝙ ĩpoſſibilitas huiꝰ eiuſdem numeri redditus: nõ eſt ex pte rerũ factarũ cũ inſit eis eadem potentia paſſiua ſiue obedientialis. Sed eſt ex parte agentis nature finite: & ex parte modi uiuificandi: cũ naturalia agentia p motũ ſemp & mutationem operentᷣ. Tho. aũt cũ dño Petro de Taranta. in quarto dicunt ꝙ reſurrectio corporũ partim erit natuaralis & partim miraculoſa. Ibi enĩ tria concurent. Primũ erit corporũ reformatio. Secundũ erit animarũ ac corporũ cõinnctio. Tertiũ erit inſepabilitas iſtius con-

Hic nichil deficit.

P

iunctionis. Primũ horũ est contra naturã. i. contra cur-
sum nature & solũ a deo. Secundũ est a natura dico se-
cundũ terminũ: nõ tñ effectiue sed dispositiue. Tertiũ
est supra naturã. Et iõ cũ in resurrectione corporũ plus
sit de miraculo q̃ de natura: oportet simpliciter dicere:
ꝙ resurrectio sit miraculosa: nõ naturalis: nisi scd̃m qd
ꝓpterea dicũt ꝙ in illa resurrectiõe: collectio puluerũ:
uox tube: & huiusmodi: fient in tpe: sed inpceptibili: &
p motũ localem: & misterio angeloꝝ: & hoc erit natura
liter. Reformatio aũt corpoꝝ: & cõiunctio partiũ essen
tialiũ: fiet in instanti & uirtute diuina. Et per hoc patet
responsio ad arguměta. Ad auctoritates omniũ phõꝝ
dicit̃: ꝙ intelligunt̃ respectu agẽtiũ naturaliũ uirtutuꝫ
finitarũ: & scd̃m ordinẽ generatiõis naturalis: non autẽ
respectu dei & ei⁹ uirtutis: & eius potentie cui nichil est
ĩpossibile. Ad Salomonẽ dicit̃: ꝙ loquit̃ ibi ut contio-
nator assumẽs ꝑsonã insipientiũ. Ad Iob etiam dicit̃ ꝙ
post iudiciũ celũ quãtũ ad efficientiã: & ad ĩfluentiã &
motũ alterabit̃: nõ aũt quãtũ ad substantiã. Ad philo-
sophũ etiã & Auicennã dicit̃: ꝙ loquũt̃ nãliter: & respe
ctu uirtutis finite ipsi⁹ nature. Plini⁹ autẽ sicut de ĩmor
talitate aĩoꝝ ꝑuerse sensit. Ita & de nõ resurrectiõe cor-
porũ dãnabiliter tenet. Ad exemplũ illorũ qui huma-
nis carnibus pasti sũt: respondet Tho. in. iiii. contra gẽ
tiles. ca. lxxxi. dicens: ꝙ caro comesta si erit necessaria
ad complementũ debite quantitatis comesti: uel ad pfe
ctionẽ nature specifice humane: ut puta si fuerũt mẽbra
organica: tunc resurgent in comesto. Si aũt caro fuit de

perfctione indiuidui: tunc resurget in genito. Vnde costa Ade resurget in eua: & semen resurget i genito & nõ in generante. Si autẽ quis humanis solũ carnibus fuerit nutritus: resurget in comesto illud quod traxit a generantibus parentibus: & quod defuerit supplebit omnipotẽtia creatoris. Hinc Augustinus. xxii. de ciuitate dei dicit: Absit ut ad resuscitãda corpora uiteq; reddẽda nõ possit omnipotentia creatoris omnia reuocare: que uis bestie uel ignis absumpsit: uel in puluerem & cinerem collapsum: uel in humorẽ solutum: uel in auras est exalatum. Absit ut sinus ullus secretũq; nature: ita recipiat: aliquid substractũ sensibus nostris: ut omniũ creatoris aut cognitionẽ lateat aut refugiat potestatem. hec ille. Ad illud ꝙ epicuri: stoici & Festus phũs aplõ Paulo in actibus apostolorũ dicebant: patet responsio ex dictis supra. Ipsis etiã saduceis christus respondit: luce xx. ꝙ in resurrectione: neq; nubent neq; nubent. Ad illud Phileti & Hymenei respondit Tho. iiii. contra gentiles ubi supra: ꝙ christus utrãq; resurrectionem predixit. Spiritualẽ. ibi: Amen amen dico uobis: quia uenit hora & nunc est quando mortui &c̃. Corporalẽ uero cũ dixit: Venit hora in qua omnes qui in monumẽtis sũt audient uocem filii dei. In monumentis autẽ non sunt anime: sed corpora. Ad illud quo se Origenes tuebatur ꝙ caro & sanguis regnum dei non possidebunt: dicit ꝙ ibi accipitur caro ꝓ homine carnaliter uiuente: qui dei regnum nõ possidebit. ut dicit Tho. in cõmentario sup Paulũ. Et licet potentie sensitiue corporũ glorificatorũ

p

habebunt eorũ actum & obiectum: ut adducetur infra Nõ tamen ꝓpter hoc necesse erit ꝙ comedant & bibant sed sufficit ꝙ habeant saporum iudicium. Nec erũt ibi liberi: quia ibi nõ erunt matrimonia. ut dictuꝫ est. Qđ uero Marchion & Apelles dicunt christũ in fantasmate resurrexisse: est falsum. Nam spiritus carnẽ & ossa nõ habet: sicut christus se ostẽdit habere: Luce ultimo. Et quod Iohãnes & Rufinus dicunt: de resolutione corporũ in hiis ex quibus cõposita fuerant concedimus. Qđ uero eadem numero redire non possunt uirtute dei: negandũ est. Postremo ad id qđ dicunt si resurrectio erit: corpora nostra pristinã recipient uilitatem inquantum erit necesse ꝙ humores. s. sanguis: colera: fleuma: melãcolia: sudor: urina: semen: resurgant. erit etiam necesse libidines effluant: ungues precidant: emittãtur stercora &c̃. Ad hec respõdetur: ꝙ in homine est duplex humor. Quidam superfluus ipsi corpori sicut sudor: urina: stercus: semen quod emittitur per actum generatiõis. Lac ꝑ actum nutritiue potentie: & nullus talis humor resurget eo ꝙ nõ sunt de perfectione resurgẽtis. Est alius humor qui nõ est superfluus ipsi indiuiduo: sed ad perfectionẽ ordinatur: ut sanguis & alii humores tres: & hii resurgẽt. Nam post resurrectionem singule partes corporis stabilient in formis suis: ut dicitur in. iiii. sniaꝝ. Vngues autẽ & capilli resurgent nõ tanq̃ principaliter intẽta sꝫ secũdario: inquantũ aĩa utet illis ad cõseruationẽ principaliũ mẽbroꝝ. s. pedũ: capitis & manuũ. Nec erit necesse post iudiciuꝫ ungues precidẽ &c̃. qa hec oĩa

nunc fiuut motu primi mobilis qui tūc cessabit: nō naturaliter ut quidam dicunt: sed diuina uolūtate: qua sicut nunc mouet̃ per influentiam mouentis intelligētie sic tunc imperio dei cessabit eius motus per cessationē intelligentie a mouendo.

T Ertia questiūcula est: cum resurrectio corporū secundū fidem in fine mundi sit futura: querit̃ si uerum sit ꝙ mundus quādoq; habeat terminari. Ad quā respondendo dicit̃: ꝙ sicut de principio duratiōis mundi diuersa a fide catholica philosophi senserūt. Ita de fine ipsius & termino uaria uoluerunt. Aristoteles enī ut ceteros pretereamus scđm ꝙ sancti ei imponūt cōmentatores exponunt & uerba eius pretendūt in hunc errorem dilapsus est: ꝙ posuit mundū ab eterno ex nichilo creatum perpetuoq; & in infinitum duraturū: ut patet in libro de natura deorū. Et idem fatetur domin⁹ Albertus in cōmento octaui phisicorū. Primā autem partem de eternitate mundi a parte ante ꝓbant Aristotelem tenuisse sic: Nam primo phisicorū dicunt Aristotelē ponere naturā esse ingenitā. Et primo de celo. mundū esse ingenitum: sed ingenita semp fuerunt: ergo uniuersitas rerū scđm Aristotelē nō incepit esse. Item sic arguebat ut dicūt Aristote. viii. phisicoꝝ. Nichil de nouo incipit moueri nisi p hoc ꝙ mouēs uel mobile aliter se hēt nūc q̃ pri⁹: Sȝ qđ aliter se habet nūc q̃ pri⁹: mouet̃ ergo ante oēm motū de nouo incipientē fuit aliquis motus: ergo motus semp fuit: ergo & mobile: qa motus nō est nisi in mobili. iii. phisicoꝝ. Et cū contra Aristotelē adduceret̃:

p

Si mūdus fuit ab eterno: ergo generatio fuit ab eterno: & sic infiniti homines precesserūt: ergo infinite īcorruptibiles aīe & infinite circulationes solis: mūdo existente ab eterno precesserūt: ergo erit ponere infinitū ī actu & infinita continget ꝑtransire: que sunt in phīa absurda. Vel nunq̄ cōtinget deuenire ad circulationē hodiernam. Item in qualibet circulatione deus potuit creare unū lapidem: ergo erunt infiniti lapides remanētes: & cum isti lapides possint ad inuicē cōiungi erit infinitū nō tantū scd̄m multitudinem: sed etiā secundū magnitudinem in actu. Ad hec forte sic respondisset Aristoteles: & ad primū argumentum sic: Q̄ d̄ posita eternitate mūdi nō sunt infinite anime in actu cum infideles teneant animorū mortalitatē. Item cōmentator & Algazel. ii. metha. posuerūt nō esse impossibile infinita ꝑ accidēs esse ī actu: adhuc ratio nō cōcluderet: quia sic aīa esset creatura ut supponit̓. Impossibile est aūt ꝙ aliqd̄ genitum sit eternū: quia eterno nichil est prius. Omne uero genitum uniuersaliter precedit aliquis motus duratione & tempore: & ꝑ cōsequēs generatū in tempore determinato generat̓: & sic nō fuissent infinite anime ī actu. Ad secundū diceret ꝙ nō fuissent infinite circulationes cū una cōtinua sit illuminatio: & unus dies & ꝑ consequens multe in potentia. Ratio aūt unitatis circulationis & unius diei & unius illuminatiōis est unitas motus. Sed ꝙ multi dies dicant̓ & multe illuminationes hoc est ex parte nostra: quia de illuminatiōe iudicam⁹ scd̄m hemisperiū nostrū ubi apparet illumīatio

quandoq; sic quandoq; nõ ꝓpter diuersam interpositio nem corporis opaci ad solem. Ad illud etiã de lapidi bus dicendum: ꝙ nõ ualet: quia tu unum ponis ex quo sequit᷑ impossibile: nam tu ponis illam continuã circu latione͂ que actu & realiter est una: actu diuisam & in finitam quod est impossibile cum ipsa sit diuisibilis in potẽtia. Et ponis scd̃m imaginationem tuam infinitos dies: & hoc inconuenienti posito oportet concedi quod sequit᷑: quia uno incõuenienti dato: alia sequũt᷑. Tho. autẽ in de potentia. q. iii. arti. x. defendens Aristotelem dicit: Posuit Aristoteles mundũ semꝑ fuisse: nõ ex consi deratione illa qua intelligit᷑ exitus uniuersi esse a deo: sed ex illa qua agens particulare incipit operari ꝑ mo tum. Et quia ante quẽlibet motuȝ est motus ex hoc po suit mundũ eternum disputatiue contra Anaxagoram & Empedoclem: ut patet. viii. phisicoꝝ. & nõ demõstra tiue. Et in prima ꝑte. q. xlvi. arti. primo. dicit: Non põt probari demonstratiue mũdũ semper fuisse. Nec ratio nes quas adducit Aristoteles ad hoc sunt demõstratiue simpliciter: sed scd̃m quid. s. ad contradicendũ rationi bus antiquorũ ponentiũ mundũ incepisse scd̃m quos dam modos in ueritate impossibiles: uidelicet aut ꝑ cõ cursum athomorũ: ut dixit Democritus aut per ignem aut ꝑ aquam. &c̃. Et hoc apparet dixit Tho. ex tribus. Primo quia tam in octauo phisicoꝝ q̃ in primo de celo premittit quasdam opiniões uidelicet Anaxagore: Em pedoclis: & Platonis contra quos inducit rationes con tradictorias. Secundo quia ubicũq; de hac materia lo

quit̄ inducit teſtimonia antiquoꝝ: quod nō eſt demon
ſtrantis:ſed ꝓbabiliter ſuadentis. Tertio quia ipſe ex-
preſſe dicit in primo thopicoꝝ:ꝙ quedā ſunt ꝓbleuma
ta dialetica de quibus rationes nō habemus: ut utrum
mūdus ſit eternus. Et reſpondit Tho. ibidē duobus ar-
gumentis adductis contra Ariſtotelē in opponendo di-
cens ad primū:ꝙ ī primo phiſicoꝝ ꝓbat Ariſtoteles na-
turā eſſe ingenitā ꝓpter hoc ꝙ non habet ſubiectum de
quo ſit. Et in primo de celo ꝓbat celum ingenitū: quia
celū nō habet contrariū ex quo generetur. Vnde patet
ꝙ ꝑ utrūq; nō concluditur niſi ꝙ materia & celū nō in
ceperunt ꝑ generationē & motum naturalē qūo gene-
rabilia & corruptibilia ut quidā ponebant precipue de
celo. Nos aūt dicimus ꝙ materia & celum ꝓducta ſunt
in eſſe per creationem. Ad aliud argumentū dicit idē
ꝙ primus motor ſemper eodem modo ſe habuit:primū
autem mobile non ſemper eodem modo:quia cepit eſſe
cum prius nō fuiſſet:ſed hoc non fuit per mutationem:
ſed per creationem que nō eſt mutatio:cum nichil pre-
exiſtens preſupponat.ſed dicat quādam relationem ad
creatorem tanq̄ ad principium ſui eſſe. Et Bonauen-
tura.d.prima.ſecūdi libri dicit: quidā moderni dicūt
Ariſtotelē nō intendiſſe probare mundū omnino non
incepiſſe:ſed ꝙ non inceperit motu naturali.Sed quic-
quid Ariſtoteles ſenſerit:& ceteri philoſophi de eterni-
tate mundi:nichil ad nos chriſtianos qui mundum ce-
piſſe in tempore fide tenemus magis q̄ ratione aliqua
demonſtratiua. Vnde & articulus fidei dicit:Credo in
deum patrem omnipotentem creatorem celi & terre.

Articuli autē fidei demonstrari nō possunt: quia fides est de nō apparentib⁹. ad hebreos. xi. Probabiliter aūt mundū incepisse sic potest suaderi: Nā sic se habet de⁹ ad causalitatem omniū rerū sicut artifex ad artificiatū: sed artifex est causa omniū artificiatoꝝ ꝑ uoluntatem: ergo similiter deus est causa rerū. Modo certū est ꝙ uoluntas nunꝗ necessitat̄ ad agendum aliquid uel uolendum nisi respectu in quē naturaliter inclinat̄: uel respectu eorū sine quibus finis haberi nō potest. Finis autē diuine uoluntatis est sua bonitas: que ab alio nō dependet: ergo nec est necessariū eū extra se aliquid uelle: ergo nec creaturarū ꝓductio similiter fuit necessaria. Cōgruum tamē fuit ꝙ ipse mūdus in tempore ꝓduceret̄: quia ꝑ hoc magis ostendit̄ diuina ꝑfectio. Cum enī nichil possit esse sui ipsius causa: sed omne qđ de nouo incipit esse: acquirit esse ab alio: ex eo ꝙ ponunt̄ oēs creature quandoqꝫ nō fuisse: ostendit̄ ꝙ ꝓdierint ab aliquo principio primo quod est deus. Si aūt ita semꝑ fuissent nō fuisset ita euidens ipsas a deo creari: ergo cōueniens fuit mundū in tempore fuisse creatū. Hoc primo testatur Augustin⁹. ii. de ciuitate dei. c. dicēs ꝙ deus fecerit mundū: nulli potius credimus ꝗ Moysi ꝓphete: ꝑ quē locutus est deus dicens: In principio creauit deus celū & terrā. per quē locuta est sapiētia dei: ꝑ quē facta sunt oīa que in animas scās se transfert amicos dei & ꝓphetas constituit atqꝫ opera sua sine strepitu intus enarrat. Loquunt̄ quoqꝫ ꝓphetis angeli dei qui semꝑ uident faciem patris uoluntatēqꝫ eius: quibus oportet annūciāt.

P

Et Gregorius in omeliis sup Ezechielem dicit: Quidã
ppheta est de preterito: sicut est Moyses: qui pphetauit
dicens: In principio creauit deus celũ & terrã. In quo
nouitas mundi traditur. Et Io. xvii. Clarifica me pater
apud temetipsum claritate quam habui priusq̃ mũdus
fieret. Et Macrobius de somno Scipionis. libro. ii. dicit
ad hoc. Quis non hinc existimet ipsum mundũ cepisse
& nec longam retro eius etatem: cum ab hinc ultra duo
retro annorũ milia de excellentiũ rerum gestarum me-
moria nec greca quidẽ extet historia. Nã supra Ninum
nichil in libros preclare redactum est. Si enĩ ab initio
imo ante initium fuit mũdus: cur per inumerabiliũ se-
riem seculo. ũ nõ fuit cultus quo nũc utimur inuẽtus?
Nõ litterarũ usus quo solo fulcit' eternitas? huiusmodi
omnia uident' eternitati repugnare: dũ opinari nos fa-
ciunt certo mundi principio paulatim singula queq; ce-
pisse. hec ille. Nunc uero uidendũ est quid de fine mũ-
di philosophi senserint: & quid christiani scdm fidẽ ca-
tholicam de eo debeant firmiter credere. Pro quo pri-
mo sciendũ: q omnes fere phĩ excepto ut diximus Ari-
stotele concorditer conflagrationẽ & finẽ mundi huius
confessi sunt. In modo uero finis & termini eius uaria
fuerũt opinati. Nam Plato & Pitagoras posuerũt hanc
partem elementalẽ mũdi post triginta sex milia annos
solui debere: atq; iterũ post cunctis eius repetitis parti-
bus debere reformari. Rationẽ aũt. xxxvi. miliũ anno-
rũ assignant sic: Nam dicunt q oĩs dispositio celi & or-
bium celestiũ natur liter in tanto tempore finit'. Luna

enī complet cursum suū in uno mense+Mercuri⁹& Ve-
nus in minori tpe unius anni+ Sol in uno anno termi-
nat motū suum+Mars in duobus annis+ Iupiter in duo
decim+Saturnus in triginta+ Primū mobile+i+celū cri-
stallinū siue aqueū a diaphanitate dictum:terminat gi
rum suum in+xxiiii+horis+ Celum aūt stellatū+i+firma-
mentum infra primū mobile complet cursum suum in
xxxvi+milia annos+Nam in centū annis mouetur uno
gradu:ut dicūt astronomi+Dicūt ergo Plato & Pitago-
ras ꝙ mundus terminabit᷑ cum omnes celestes supradi
cti orbes cursus suos terminabūt+ Incipiendo ab illo in
stanti quo creatum est firmamentū quod fuit in equi-
noctio uernali+i+viii+kalēdas aprilis:die dn̄ico:luna ex-
istēte plena:ante urbē cōditā+4440+ānis:ante incarna-
tionē scd̄m hebreos & Hieronymū+ termilibus nōgen-
tis triginta sex+ Scd̄m Bedam:quinqȝ milibus centū no
naginta nouem+ Cumqȝ iterū uirtute infusa in substan
tiis celorum omnes celi partes redibūt ad suum locum
prime creationis:tunc dicunt omnia generabilia & cor
ruptibilia eadem numero:que fuerunt uirtute corporū
celestium reuertentur. Sed hanc opinionē Augustinus
xii+de ciuitate dei.c+xiii+confutat dicens: ꝙ philosophi
qui sic tenent putant nō quod sciunt:sed quod uolunt+
Sciunt enī ꝙ naturaliter a pura priuatione ad habitum
nō est regressus:ideoqȝ sic aduersus eos concludit+Absit
a nobis ut ista credamus+sicut enī semel christus ꝓ no-
bis mortuus est: & resurgens amplius nō morietur+ Ita
& nos post resurrectionē semꝑ cū domino erimus: Cui

p

modo dicimus qđ sacer admonet psalmus: Tu domine seruabis nos & custodies a generatione hac ineternum. Empedocles agrigentinus cũ Anaxagora dixerũt: amicitia elementorũ mundũ fuisse solutũ: & infinities lite eorũ & dissonãtia fore repetendũ: horũ opinionẽ phũs viii. phisicorꝝ reprobat. Eraclitus (teste phõ primo phisicorũ) posuit ignẽ mũdi principiũ: & ut finis pricipio respõderet: dixit eundẽ igne terminandũ: ut pꝫ. iii. phisicorũ. Sed hic sicut de principio mũdi errauit: sic de fine eius male dixit. Non enĩ ex igne sed ex nichilo deus creauit mundũ: & terminabit̃ nõ quo ad partes essentiales. s. celos: angelos: substantiãq; elementalẽ: sed quo ad aliq̃s ei⁹ ptes accidẽtales elemẽtorꝝ. s. ĩdiuidua specierꝝ & motũ celorꝝ: ut ĩ libro de celo declarat̃. Seneca li. nãliũ questionũ de mente Empedoclis dixit: arsurã esse terrã naturaliter cũ uniuersa sidera cõuenient ĩ signo cancri. scilicet de mẽse Iunii: ex cõcursu. s. calidorũ & siccorꝝ: sicut ex cõiunctiõe planetarꝝ humidorꝝ & frigidorꝝ factũ fuisse dicit diluuiũ tpe noe: cũ uniuersa sidera cõuenerũt in capricorno de mẽse septẽbris. Sꝫ dñs Petr⁹ de taranta. & Ricard⁹ in. iiii. sñiarꝝ. d. xlvii. & . xlviii. dicũt: ꝙ nec cõcursus humidorꝝ & frigidorũ fuit cã necessaria diluuii tpe noe: sꝫ bene cõgrua. Nec etiã cã termini mũdi p ignẽ dispositio siue cõcursus calidorũ & siccorꝝ erit cã necessaria sꝫ cõgrua: inquãtũ purgationẽ ignis purgaturi ĩ fine seculorꝝ ipsũ mũdũ precedet uehemẽs siccitas nãliter gnãta congrua igni ꝑducẽdi ad nutũ dei ad talẽ effectũ. Aristote. ut supra nũc dixim⁹ ut sibi ĩponit̃

dixit mundũ perpetuo duraturũ ea ratiõe qua in de ce
lo & mũdo· dixit ingenerabile & incorruptibile ad iui-
cem conuerti· Sed in contrariũ est: quia· xii· metha· di
cit: ꝙ prima causa mouet᷑ in ratione amati & desidera-
ti: ac si diceret ꝙ intelligentie mouẽtes celum ex deside
rio: & amore quem habent obediẽdi prime cause: sicut
nũc obediunt in mouendo: sic semꝑ obedient in desinẽ
do mouere· Fuerũt & alii qui de formandũ orbem licet
nõ causis naturalibus: sed diuine cõmitterent uolũtati·
Temtarunt tamen audaci presũptione sub definitis ac
certis tẽporibꝰ illã prescribere· Nã Lactãtius libro· vii·
diuinitatis institutionũ· c· post sextum conclusũ mille-
nariũ mundi consũmationẽ posuit· Alii uero quadrin-
gentos annos· Alii quingentos· Nõnulli tot annos a sa
lute quot antea fluxerant posuerunt· Nõnulli mille ab
ascensione dñi usꝗ ad ultimũ aduentuꝫ posse compleri
dixerunt· Quidã de spiritu ꝓphetie aliquid habere pre
sumentes: ut abbas Ioakini· Et quidã moderniores ipso
rum calculationibus inherẽtes ante finẽ· vi· milia anno
rum uel circa stulte complenduꝫ mundũ expectabant·
Quoꝝ omniũ error: quia maximus est & sermo eoꝝ ser
pit ut cancer· Idcirco eos Paulus Thessalonicensibꝰ scri
bens ait: Nemo uos seducat ullo modo quasi instet dies
dñi &c̃· Que uerba tractans Augustinus dicit: Triũ de
mundi termino dicentiũ· Primus ꝙ dies dñi prope sit·
Alter ꝙ longe· Tertius: nescio deus scit· Primus plusꝗ̃
secunduꝫ errat· Tertius uero cũ christo concordans in
uiam cõstitutus ẽ ueritatis· Nos igit᷑ christiani omissis

p

litigatoribus furiosis ac ptinacibus phōꝝ & hereticorū turbis: ueniamus ad theologos datores simplicis ueritatis. Et ad sacras scripturas: nō humana industria: sꝫ spiritus scī instinctu cōscriptas. Et primo dicamus & cōfiteamur: ꝙ mūdus transibit & cōcupiscentia eius. prime Ioh. ii. Et ꝙ celū & terra trāsibūt. Luce. xxi. Marci. xiii. & Mathei. xxiiii. Et ꝙ mūdi terminus erit effectus nō nature: sed spūs sancti. Dicamus scdo ꝙ instrumentuꝫ cōflagrationis mūdi erit maximus ignis: nō ex cōcursu naturali calidorū & siccoꝝ generatus: ut dixit Seneca. aut ex cōcursu igniū superiorū & inferioꝝ: ut dixerunt alii. Nec succendet ignis ille: ex reflexione radioꝝ solariū: in corporibus terrestribus naturaliter solidis: sicut fit ex reflexione solis: ad speculū concauū & ꝓpinquū. Nec ex relaxatione spere ignis: que uirtute celi detinet nūc ne fluat. Sed erit ille ignis uoluntate & uirtute dei supnaturaliter causatus: qui sicut in principio mūdi tēpore noe: destruxit seculum diluuio aquarū: ad purgandum ardorem cōcupiscentie & luxurie. Ita iterū genus humanū & mundū: destruet per ignem ad purganduꝫ frigus malitie & auaritie contra caritatē: ut sic purgatio mūdi fiat p cōtraria. Dicamus & tertio: ꝙ quia ut diximus: cōsūmatio mundi nō depēdet a causa naturali: sꝫ a uoluntate diuina. Idcirco nō pōt certitudinaliter sciri tempus finis eiꝰ. Propterea christus iuterrogātibꝰ discipulis de tempore dixit Actuū primo. De die illo & hora nemo scit. Et Luce. xii. inqt: Estote parati qa qua hora nō putatis filiꝰ hoīs ueniet. Et Mathei. xxv. Nescitis

diem neq; horã. Et Marci. xiii. Videte uigilate & orate nescitis enĩ quãdo tempus sit. Hinc Tho. in de potẽtia q. v. arti. vi. in hanc partẽ concludẽs ait: Finis mũdi cũ a pura dei uolũtate dependeat naturali cognitiõe sciri nõ potest. Cumq; completo numero electorũ sit finiendus: ut dicit Gregori⁹. Cuius cõpletio: executio est quedam diuine predestinatiõis nõ poterit nisi christo reuelari: p quem quodãmodo humani generis predestinatio adimplet᷑. Et Augustinus. xviii. de ciuita. dei. c. xiii. in hanc conclusionẽ dicit: Frustra igit᷑ annos qui remanent huic seculo cõputare ac definire conamur: cũ hoc scire nõ ẽẽ nostrũ. & Marcus astruat dicens: De die illo & hora nemo scit: neq; celoꝝ angeli: aplõs etiã doctores futuros mũdi omnesq; de hac re calculantes: digito resoluit ac quiescere iubet ille qui dixit: Nõ est uestrũ noscere tempora uel momenta: que pater posuit in sua potestate. Hec Augustinus ubi supra.

Quarta questiũcula est: si mundo uel alteri creature repugnet simpliciter esse ab eterno. Ad quã respõdetur simpliciter negatiue: & ratio est: quia si hoc repugnaret creature hoc nõ posset esse nisi altero duoꝝ modorũ: quia aut oporteret ꝙ causa agẽs necessario precederet effectũ suuʒ: & sic effectus nõ esset coeternus cause agenti. uel quia oporteret ꝙ nõ esse ipsius effectus necessario precederet suũ esse. Sed neutro istorũ modorũ põt repugnare creature esse ab eterno ut probabo: ergo. Primũ aũt ꝓbo sic: Nã nulla causa ꝓducens effectũ suũ subito precedit effectũ suũ duratiõe: sed deus est agens

P

nō p motū sed in instanti & subito: ergo nō est necessa-
riū ipsuȝ precedere suū effectū necessario. Maior patet
in oībus mutationibus subitaneis. Nā statim ad presen
tiā solis causat in instanti illuminatio in aere. Et statim
ignis cū incipit ascendere sursum calefacit. Minor etiā
patet de se. ergo. In causis autē nō agentibus subito: sed
per motum oportet agens precedat duratione effectum
suū: quia semp principiuȝ motus: effectū & finem eius
precedit duratione: Nec etiā nō esse effectus necessario
precedit duratione suū esse: quia cū dicit aliquid fieri
ex nichilo. hec prepositio ex. nō designat causā materia
lem: sed tantū ordinē: ut patet manifeste bene pscrutāti

Q Vinta questiūcula est: si aīa moriente hoīe desinat
īformare successiue partē post partē corpis: an for-
te oēs ptes simul in eodē instāti informare desinat. Ad
quā respondet affirmatiue. s. ꝙ aīa moriente hoīe desi-
nit informare successiue ptē post ptē. Et rō est: qa aīa nō
desinit informare materiam sibi subiectam: nisi disposi
tio ipsi⁹ quā ad opatiōes reqrit: sit irreformabiliter p na
turā corrupta. Cū aūt corruptio dispositiōis huiusmodi
repiat primo fieri in ptib⁹ remotiorib⁹ a corde: ī quo est
fons uirtutis uitalis. Ergo habet ꝓpositū. Huic conclu-
sioni consonat primo ꝙ in moriente: pedes primo repe-
riunt frigidi: calore & spiritib⁹ destituti: deinde man⁹: &
ita deinceps successiue usqȝ ad cor. Consonat scđo illud
cōe dictū phoꝝ: ꝙ inter mēbra corpis: cor primo uiuit:
& ultimo morit. Qđ si contra dicat: ꝙ ꝓportionabili-
ter ita debet esse in ultima deaīactiōe corporis humani

sicut in prima eiusdeȝ aiactione: sed in prima aiactione corpis aia informat oēs partes corpis simul. Nam a primo instanti aiactiōis embrionis: incipit corpus secūdū oēm partē que sensum habere solet: uegetari & sentire: licet impfecte: ergo similiter inde aiactione ultima corporis humani: debet aia desinere informare in uno aliquo instanti oēs partes corpis simul. Ad hoc respondet ꝙ nō est simile in prima & postrema de aiactiōe corporis. Nam prima aiactio partiū corporis est naturalis: & etiā dispositio materie: ut informet ab aia intenta est a natura. Sed sepatio & inaiactio partiū corpis: non est p se a natura intenta: sicut nec inductio indispositiōis: ad quā sepatio aie sequit: non fit scdm ordinē & iudicium nature: ergo &c. Propter tn̄ ea que nūc dicta sūt: diligēter est sciendū ꝙ ꝓgressus corruptiōis hois: ad quā seqtur sepatio aie: fit econtrario ꝓgressui hoīs ad uitā: progressus eni ad uitā incipit in hoie: ab exercitio operationū aie negatiue in embrione. scdo sensitiue. tertio intellectiue siue rationatiue: ut dicūt phi naturales. progressus aūt corruptiōis cōtrarius est: qa primo desinit usus rōnis. scdo actus sensationis. & tertio opus uegetatiōis. hec Henricus de Assia super genesim.

S Exta questiūcula est: an possit contingere ꝙ corde iā mortuo: aia adhuc informaret aliquā aliā partē: uel aliud mēbrū corpis. Ad quā sic respondet: ꝙ cū cōplexio fixa ceteroꝝ mēbroꝝ corpis nō dependeat a corde: nulla repugnātia uidet: ꝙ cōplexione cordis corrupta: adhuc in aliqua parte alia corporis: possit esse com

P

plexio fixa sufficiens unioni aie ad partē illā. Nā sicut
cōtingit sepe oculū esse cecū irrecuperabiliter: & tamen
aiam adhuc totā materiā eius informare. Sic uidet etiā
ꝙ aia informare possit aliquā corpis partē: licet sic di-
strasiata esset: ꝙ aia operatiões uegetatiuas ī ea exercere
nō posset: quia pfectior requiri uidet cōplexio: ad exer-
cendū uitalē operationē: q̄ ad solaꝫ ipsius aie ad corpus
unionē. Et ita stat cū cessatione operationū uegetabilis
& sensibilis aie in toto corpore: ꝙ aia adhuc informan-
ter inherant corpori: & ita hominē adhuc mortuū non
esse: p solutionē uniōis informatiue ad corpus. Illi autē
qui dicūt ꝙ q̄ cito corrupta est inreformabiliter dispo-
sitio corporis: uel partis eius aut cordis uel alterius mē-
bri principalis: sine cuius operatione nō stat uitam cō-
tinuari (ut puta de operatiōibus anime uegetatiue) tā
cito anima desinit informare totū corpus qualitercūq;
alia mēbra fuerint disposita. Isti tales respiciunt ad re-
gularē pcessum hoīs ad mortem: uel respiciunt solū ad
id qd in plurimū cōtingere solet in morientibus. cōmu
niter enī in illis uidet cor ultimo mori. Ex qua cōclusio
ne siue opinione sequit hoc correlariū: ꝙ non semp qui
uulgari existimatione habetur mortuus: sit simpliciter
mortuus: quia ad cessationē sensus & motus cordis: nō
sequitur semp deaīactio corporis. Sed potest cōtingere
ꝙ post illam cessationē quandoq; per magnū tēpus ma
neat unio informatiua anime ad corpus: & ita cōtinge-
re potest: ꝙ quandoq; homo uiuus sepeliatur in sepeli-
tione mortuorū: qualiter tēpore pestilentie fieri cōsue-

uit. Poteſt etiam nõnunq̄ ex aliqua cauſa accidẽtali cõ-
tingere ꝙ ĩ homine ſano ceſſet anhelitus & omnis mo-
tus & ſenſus lõgo tempore: ut per diem uel circa: ita ut
omnino mortuus appareat. Immo aliquis põt ſic in na
turalibus diſpoſitus eſſe ꝙ ad aliquem planctũ: uel cõ-
templatione fortem: ſpiritibus ad ĩtra retractis iaceret
ſimilimus mortuo. Sicut beatus Auguſtinus narrat in
libro de ciuitate dei. de quodã preſbitero. Ergo niſi cau
ſa ſubſit: nõ eſt feſtinandũ aut precipitanter agendum
in ſepeliendo mortuos: ne cõtingat ſepelire uiuos. Hec
Henricus de Aſſia ubi ſupra.

S Eptima queſtiũcula eſt: Anima exiẽs de corpe: na-
turaliter ad quã differentiam poſitionis exiat: ſur-
ſum uel deorſum: dextrum an ſiniſtrum: ante uel retro?
Ad quam reſpondet: ꝙ licet cuiuſlibet morientis aĩa q̄
cito deſinit corpus informare naturalibꝰ ſuis derelicta:
potius iret in ſuprema parte celi: cũ naturaliter appetat
loca ſupiora uniuerſi: prout tamẽ ducit uel trahit ab an
gelis bonis uel malis: anime ſaluandorũ plene purgate
directe trahuntur ſurſum: & damnandorũ directe deor
ſum. anime ſaluandorũ nõ plene purgate directe exeũt
a dextris ad purgatorium: & damnandoꝝ a ſiniſtris in
infernum. Hec ille ubi ſupra.

O Ctaua queſtiũcula eſt: Anima exiẽs de corpore ad
quos terminos uadit naturaliter: an de luce ad te-
nebras: uel de tenebris ad lucem: de gaudiis ad triſtitiã
uel de triſtitia ad gaudia? Ad quam ſic reſpõdet: ꝙ aĩa
rationalis poſtq̄ deſiit informare corpus: uel poſt ſolu-

p

tionem unionis ipsius ad corpus:dupliciter potest intel
ligi de luce ad tenebras:uel de tristitia ad gaudiũ transf
mutari:aut.s.de transmutatione scđm intellectum:aut
de transmutatione scđm affectum. Si loquamur primo
modo dicitur: ꝙ platonici qui posuerunt corpus quasi
carcerem anime:impedientẽ eius perfectaꝫ cognitionẽ:
quam secundũ se in sua puritate naturaliter apta na-
ta est habere. Ipsi dicũt ꝙ anima de separatione eius a
corpore non tristatur:sed potius gaudet:quẽadmodum
incarceratus gaudet:quãdo liberatur a carcere sibi gra
ui & obscuro:ad quem ut dicunt:nõ relinquitur penitꝰ
O Ctaua questiūcula ē: Si quicūqꝫ sensus exteriores in glorificatis corpibus in celo empyreo beatificabunt. Ad quā uidet qbusdā respondenduꝫ negatiue: & primo sic: Nā si qnqꝫ sensus deberēt beatificari: hoc eēt p actuationē cuiuslibet respectu obiecti ipsi⁹ cōuenietissimi: sicut potētia intellectiua beatificat in clara uisōe obiecti nobilissimi: qđ est diuía essentia: & de uolūtate que beatificat ī dilectiōe sūmi boni. Si ergo potētie sensitiue erūt finaliter beate: erit quelibet earꝫ pfecte actuata respectu obiecti nobilissimi & cōuenietissimi cuius ē capax. Sꝫ nō uidet que erūt uel esse poterūt illa obiecta in qbus beatificēt precipue tres sensus inferiores. s. olfactus: gustus & tactus: cū res sensuales ī qbus illi sensus delectant: nō erūt ī regno celesti: qa ibi nō erit tēperies inter frigus & estū: nō erit sitis neqꝫ esuries: nō fragrātie aromatū: nō applicatio rerū sapidarꝫ: sꝫ erūt oēs sicut angeli dei: nō mādūcātes nō bibētes nec generatiōi uacantes: dicēte saluatore Math. xxii. saduceis carnalit de statu future btitudis sentiētib⁹: Erratis inqt nesciētes scripturas neqꝫ uirtutē dei: In resurrectione enī neqꝫ nubēt neqꝫ nubent: sed erunt sicut angeli dei in celo: ergo nō poterūt beatificari quinqꝫ sensus hominū glorificatorꝫ. Sed in contrariū est Aug⁹. li. de pfectione iustitie hoīs.

ubi dicit: q͂ in plenitudine charitatis patrie ĩplebit̃ pre
ceptũ illud: Diliges dñm deũ tuũ ex toto corde: ex tota
aĩa: ex omnib⁹ uiribus: quod esse nõ posset: nisi operatio &
usus omniũ humanarũ uiriũ: & potentiarũ in patria in
obiectis suis quietarẽt̃: ut declarat Tho. i. iiii di. xliiii.
arti. vi. Ad hanc dubitationẽ respondẽdo: dicẽdũ est q͂
dupliciter loqui possumus de beatificatiõe sensuũ exte
riorũ hoĩs glorificati: uidelicet aut quantũ ad obiecta
eorũ: aut quantũ ad actus. Si loquamur quantũ ad ob-
iecta: dicit̃ q͂ quelibet potẽtia habebit obiectũ suũ. Nã
uisus hẽbit obiectũ corp⁹ christi: qđ inter oĩa corpa pul-
cherrimũ erit & gratissimũ ad uidendũ. unde Iob. xix.
Scio q͂ redẽptor &c̃. usq͂ in sinu meo. Audit⁹ hẽbit obie
ctum christũ naturalib⁹ organis uocem formantẽ. psal.
Auditui meo dabis gaudiũ & letitiã. & hoc duplicit̃. s.
cantãdo & loquẽdo. De loquẽdo dicit̃ Cant. v. Aĩa mea
liquefacta est: ut dilect⁹ meus locut⁹ est. dicit sponsa lau
dans christũ sponsũ. De cantãdo habet̃ in officio beate
Agnetis dicẽtis: Amo christũ in cui⁹ talamum introiui:
cui⁹ mater uirgo est. cui⁹ pater feminã nescit. cui⁹ michi
organa modulatis uocib⁹ cantãt. Erit etiã ibi cant⁹ alioꝝ
scõꝝ: de quo dicit̃ ab ecclesia: In ciuitate dñi clare sonãt
iugiter organa scõꝝ. Et ĩ hymno dedicatiõis dicit̃: Oĩs
illa deo grata & dilecta ciuitas plena modulis in laude
& canoro iubilo trinũ deũ unũq͂ cum canore predicat.
Erit etiã ibi cantus angeloꝝ: sȝ nõ corpaliter. Sȝ ut dicit
Crisostim⁹: Cantus eoꝝ ẽ discursus uni⁹ post aliud circa
attributa & alias pfectiões dei q̃ cũ ĩtelligũt discurrẽdo

p

letant̃ & iubilant in cognoſcendo: & affirmantes repli‑
cant ad unũquodq;: Sanctus: ſanct⁹: ſanct⁹. Odorat⁹ ha
bebit obiectũ ſuũ. ſ. corp⁹ chriſti: de quo dicit̃ Canticoꝝ
prio. In odorem unguentorũ tuorũ. i. nõ unius ſimpli‑
cis aromatis: ſed quaſi ĩmixtura omniũ odorũ. Ideo ado
leſcentule. i. omnes creature electe. &c̃. Tactus habebit
obiectũ ſuũ. ſ. corpus chriſti & carnes aliorũ ſanctorũ.
Guſtus habebit obiectũ ſuũ: ſuauitatẽ corporũ glorifi‑
catorũ. pſal. Guſtate & uidete. &c̃. Si autẽ nos loqua‑
mur de actuatiõe ſenſuũ. ſ. ſi uere odorabũt: uere come‑
dent: uere tangẽt. &c̃. Dicit̃ ꝙ circa hoc quintuplex eſt
modus dicendi. Primus eſt: ꝙ in glorificatis corporib⁹
ſenſus erunt ſuſpenſi ab omni actu ratione uehemẽtiſ‑
ſime cõuerſionis intellect⁹ ad obiectũ beatificũ: queẽad‑
modũ accidit in uehementib⁹ & ꝓfundis contẽplationi
bus: in quib⁹ contingit taliter hoĩem rapi: ut omnis ſen
ſus ita deſtitutus ſit uirib⁹ ꝙ etiã obiectis applicatis nõ
ſentiũt. Si ergo hoc facere põt cõtẽplatio poſſibilis uie:
uidet̃ a fortiori ꝙ ſimilẽ ſuſpẽſionẽ ſenſuũ facere poſſit
beatifica contemplatio: que erit in patria. Nec uidetur
quare ibi ſenſus a ſenſibilib⁹ actuari oporteat: ubi intel‑
lectus omniũ ſenſibiliũ ſpecies & differẽtias clare con‑
ſpicit in uerbo. Secũdus modus dicẽdi eſt: ꝙ ſenſus glo
rificati corporis nõ erũt deſtituti uirib⁹ modo ſuperius
dicto: ĩmo erũt in eis actus longe q̃ hic ꝑfectiores. Aliq
tamẽ ſenſus quorũ obiecta nõ congruũt regioni celeſti
ut olfactus: guſtus & tactus erunt ibi ſine actuatione a
ꝓpriis ſuis obiectis. Et alii ſenſus quoꝝ obiecta ſtatum

hominũ taliter dispositorũ decent aut illam regionẽ de
corant ibi actuabunt ab obiectis suis cõuenientissimis:
ut uisus in claritate luminis:& forte etiã auditus. Ter
tius modus dicendi est:ꝙ in regione illa celesti quomo
docũq; diuina dispositiõe sicut erũt realiter obiecta cõ
uenientissima omniũ sensuũ ut dictũ est. Ita etiã erunt
actuationes omniũ respectu obiecti cõueniẽtissimi : qa
nõ uidet quid prohibeat corpora glorificata esse diuer
sorum colorum:& flagrare odoribus:& sonare uocibus
suauissimis. potest etiam corpus christi gloriosum obie
ctalem influxum obiectorum quinq; sensuũ supplere:
qui supplet ibi obiectum uisus. iuxta illud Apoca. xxi.
Et ciuitas illa nõ eget sole neq; luna ut luceant in ea:nã
claritas dei illuminabit eam: & lucerna eius est agnus.
Quartus modus dicendi est:ꝙ quilibet sensuũ erit con
uenientissime actuatus nõ quidem ex influxibꝰ obiecta
libus obiectoꝝ taprioꝝ: sed diuina essentia tales influ
xus supplebit sicut fieri potest:cum obiectaliter influe
re ptineat ad potentiam actiuam. Et p hoc uidetur esse
ꝙ finaliter hominibꝰ glorificatis deus erit oĩa in omni
bus. Vnde beatus Augꝰ. xxii. de ci. dei. c. iii. dicit:Quid
enim est aliud quod per ꝓphetam dicitur: Ero illorum
deus nisi ego ero unde satientur. Ego ero quecunq; ho
neste desiderant & uita & salus & uirtus & copia & glo
ria:honor:pax & omnia bona. Sic enĩ & illud intelligi
tur quod ait apostolꝰ: Vt sit ipse omnia in omnibꝰ. ipse
enim erit finis omniũ desideriorũ. Quintus modus di
cendi est predicabilis. s. ꝙ potentia uisiua uidebit nõ p

intellectum:ut nunc faciunt sancti:sed per actũ uiden-
di intramittẽdo & suscipiendo ab obiecto:ut dicit phi-
losophus in de sensu & sensato. Et tũc adimplebit illud
Luce.xliii. Videbit omnis caro salutare dei.i.christuȝ.
Et ysaie.xxxiii.Regem in decore suo uidebunt:& ocu-
li eorũ cernent terram de longe. Vnde nec differẽtia si-
tuũ nec altitudo corporũ uel montiũ poterit impedire
uisionem oculorũ sanctorũ. Et Aug⁹.xxi.de ciui.dei di
cit:Durum est dicere ꝙ sancti talia tunc corpora habe-
bunt ut non possint oculos claudere & aperire cum ue-
lint:sed habebunt oculi illi corporei officiuȝ suum:ute-
turqꝫ illis spiritus per spirituale corp⁹. Sed uidetur ꝙ
oculi gloriosi cum erunt lucidissimi actu non poterunt
recipere species uisibiles ab obiectis: & per consequens
ibi non erit actus uidendi. Exemplum patet in speculo
quod directe ponitur sub radio solis. Speculum enim
tunc non recipit speciem corporis oppositi. Ad hoc re-
spondet sanct⁹ Thomas in quarto. di.xliiii. ꝙ intensio
luminis nõ impedit receptiuum speciei in pupilla dũ-
modo remaneat natura diaphani: ut patet in aere : qui
quanto plus illuminatur : tanto magis uidetur: nisi sit
defectus ex parte uidentis. Quod autem in speculo nõ
fiat species in radio solis nõ accidit ex lumine:sȝ ex hoc
ꝙ species in speculo fit per reflexionem:quod non con-
tingit in pupilla. Reflexio autem non fit nisi in aere
opaco. fortitudo autem radii remouet opacitateȝ a spe-
culo:& ideo species non resultat. Erit secundo ibi ac-
tus proprius aurium sensibiliter. Nam aures beatorum

corporũ nõ erunt ut idolorũ: sed audient uoces & lau-
des reales domini. ysaie. li. Gaudiũ & letitia inuenietur
in ea gratiarũ actio & uox laudis. & psal. Exultationes
dei in faucibus eorũ. Vbi dicit Aug⁹. ꝙ corda & lingue
nõ sufficient laudare deum. Et Tho. in. iiii. d. xliiii. di-
cit: ꝙ laus uocalis erit ĩ patria. Erũt etiã ibi species can
tus non solum decise ab obiecto: sed etiã aliorũ aĩaliũ ꝑ
species influxas a deo. Nõ enĩ erũt philomene & cetera
aĩalia cantantia: ut presentialiter fluãt uoces & cantus
ab ore eorũ. Sed huius cantus erũt desuꝑ influxi. Nec
erit falsum iudiciũ sanctorũ audientiũ sicut in freneti-
cis: sed cognoscent desuꝑ sic uerũ esse. hoc modo loqui-
tur Canti. ii. Flores apparuerũt in terra nostra: uox tur
turis. &c̃. Audient̃ etiã ibi risus: ut dicit Tho. quolibeto
x. scd̃m illud Iob. viii. Donec impleat̃ os tuũ risu. Erit
tertio usus & actus ꝓprius sensibilis odoratus nariũ: ut
dicit Tho. in. iiii. d. xliiii. Cũ ecclesia cantet: ꝙ odor sua
uissimus erũt corpora sanctorũ. aliter enĩ essent ut ido-
la. Et plus hic emitterẽt odorẽ ossa sanctorũ q̃ ibi corpo
rũ. Et ꝓbatur etiã ratiõe: nã si de cadaverib⁹ damnatorũ
corporũ ascendet fetor ut dicit̃ ysaie. xxxiiii. & Apoca.
xiiii. ut dãnati puniant̃ in fetore: scd̃m illud psal. Ignis
sulphur & spũs ꝓcellarũ pars calicis eorũ: ergo de cor-
poribus sanctorũ ascendet odor ut sancti etiã premien-
tur in odore. Q đ si arguat̃ ꝙ odor requirit mixturã ca-
lidi: frigidi: humidi & sicci: contrariorũ: que ubi sũt: ibi
necesse est esse corruptio. Cũ ergo corpora sanctorũ sint
incorruptibilia. ergo. Ad hoc dicit̃ ꝙ dos ĩpassibilitatis

P

donata scis facit eos incorruptibiles: licet habeāt ueras carnes cōpactas ex humido & sicco: calido & frigido reductis ad ꝓportionē optimā: unde & sunt corpa idonea ut sint odorifera & suauissima. Erit quarto actuatꝰ gustus sanctorū nō in alimēto: sed ut dicit Tho. in. iiii. di. xliiii. quantū ad saporū iudiciū. Vnde Iob. vi. dicitur: Quis gustare poterit quod gustatū afferet mortē. quod quidē iudicium saporū erit (ut dicit Tho. ubi supra) ꝑ īmutationē lingue ab aliqua humiditate cōiuncta. Qđ si contra arguat᷑: quia si sic: sequeret᷑ ꝙ saliua esset premiū essentiale ipsius gustus. Respōdet᷑ dupliciter. Vno modo ꝙ gustus fiet in actu p īmutationē spiritualem siue intentionalē absq; sumptione cibi & masticatiōe facta a corpore christi: & corrporibꝰ sanctorū mediante sapore eis formaliter inherente: que corpora si masticata fuissent ante glorificationē nata fuissent īmutare suo sapore ipsum gustū. Secūdo dicit᷑ ꝙ Tho. nō dicit ꝙ saliua īmutabit gustū sanctorū assertiue: sed reliquit illud in dubio. de cuius gustus actuatiōe dicit psal. Gustate & uidete quoniā suauis ⁊c. Erit quinto actuatꝰ sensus tactus: unde Thome dicit᷑: Infer digitum tuū ⁊c. Vnde dn̄s iesus dixit Marie magdalene uolēti eū tangere. Noli me tangere non dum enī ascendi ad patrē meū: quasi diceret: quādo ero ibi tangetis. Et ꝓbat᷑ hoc rationibus. Primo quia ibi sensus tactus nō est idolorū. Secūdo qa hic sensus nō erit ceteris sensibus actuatis inferior. Tertio quia totum hominē oportet beatificari in christo & felicitari: qđ nō esset si deficeret a sua actuatione tactus:

ergo omnes quinq; sensus beatificabūtur. Visus dicet: Video bona domini in terra uiuentium. Auditus: Audiam quid loquatur in me domiuns deus. Odoratus: In odorem unguentoruz tuorum currimus zc. Gustus: Gustate & uidete quoniā suauis est dominus. Tactus: Leua eius sub capite meo: & dextera illius amplexabitur me. Quis autem istorum quinq; modoruz erit quo uerius uires & potentie inferiores beatificabūtur: mortalibus nō constat. ꝓpterea dicit Augustinus. xxii. de ciuitate dei: Temere inquit diffinire non audeo quod cogitare non ualeo. Sufficere tñ debet mortalibus hoc scire & credre ꝙ que ocul⁹ nō uidit nec auris audiuit nec i cor hominis ascendit: p̄parauit deus iis qui diligūt eū.

Sed forte sapienter dubitabit quisq̄ adhuc circa actū odoratus & auditus. Nā primo sensus odoratus in actu suo esse nō potest nisi aliqua corruptione facta: qa odor nō sentitur sine aliqua fumali euaporatiōe que in quadam resolutione & corruptione consistit. post resurrectionem uero nichil corrūpetur: quia tota creatura uestietur quadam uirtute incorruptionis: ergo sensus odoratus nō erit ibi in actu. Ad hoc respōdet Tho. in quarto di. xliiii. dicēs: Quidā posuerūt ꝙ odor nichil aliud est q̄ quedam fumalis euaporatio: sed hec positio nō potest esse uera: quod patet ex hoc ꝙ uultures currunt ex odore percepto ad cadauer ex locis remotissimis: nec esset possibile ꝙ euaporatio aliqua pertingeret a cadauere ad tam remota loca etiam si totum resolueretur in uaporem: & precipue cum sensibilia in equali distātia ad

P

quamlibet partem imutent. Unde odor quandoq; imu-
tat medium: quandoq; & instrumentũ spirituali imu-
tione sine aliqua immutatione pertingẽte ad organum
Sed q̄ aliqua euaporatio requiratur: hoc est: quia odor
in corporibus est humiditate conspersus. unde oportet
resolutionem fieri ad hoc q̄ percipiatur. Sed in corpo-
ribus gloriosis erit odor in ultima sua perfectione nul-
lo modo per humidum suppressus unde imutabit spi-
rituali immutatione: sicut odor fumalis euaporationis
facit: & sensus odoratus in sanctis: quia nulla humidi-
tate impedietur cognoscens nõ solum excellentias odo
rum: sicut nunc in nobis nõ contingit propter nimiam
cerebri humiditatem: sed etiam nimias odorũ differen-
tias. Secũdo dubitatur circa actum sensus auditus sci-
licet si in celo empyreo erit laus uocalis: & si formabun
tur ibi uoces: & uidetur q̄ nõ: Nam omne corpus i quo
formatur uox: & per quod fit motus: in medio oportet
q̄ contineat aerem: & sit diuisibile per densitatem & ra
ritatem. Sed si in celo empyreo erit laus uocalis: ut di-
cunt aliqui: & sancti inambulent p illud: ut dicitur Sa-
pientie. iii. Fulgebunt iusti & tanq̄ scintille in arundi-
to discurrent: ergo erit ibi aer & condensatio & rarefac-
tio aeris. Sed ubicunq; est densitas & raritas est genera
tio & corruptio: cũ sint quedã principia corruptiõis &
generatiõis: ergo oportet dicere uel q̄ ibi nõ sit uox lau
dis nec mot⁹ p mediũ. Aut si dicat̄ q̄ sit ibi uox laudis
dicere oportebit q̄ ibi sit aer & cõdensatio & rarefactio:

& p consequens generatio & corruptio: & duo corpora possint esse simul: que oia repugnant excellentie corporis celi empyrei. Ad hoc respondet Tho. ii. sniarum. di. ii. q. ii. ad quitu argumentu questiucule secude dicens: quod celum empyreu est locus angeloru: animaru: & hoium. angeloru aute & animarum exutaru costat quod no erit in celo empyreo laus uocalis. Sed utrum hominu sit futura laus uocalis post iudicium: quidam dicut quod no: sed solu mentalis que dignior est: quia no erit ibi respiratio qua requirit uox. ii. de aia. Alii dicut quod ibi erit uocalis laus ut nichil in sanctis uacet a laude diuia neque mens neque lingua. Quomodo aut esse possit ita dicunt quod. s. in pulmone & instrumetis uocalibus est aer naturalis coplantatus: sicut aialia habent etia spiritu coplantatu: & per illum aerem poterut sancti uoces formare. & hoc quantu ad aliquid uidetur esse coueniens: quia ad formatione uocis no est necessaria expulsio uel attractio aeris: unde respirando uel expirando no pot aial uoce formare. ii. de aia. sed quo ad aliquid uidetur insufficiens: quia ad uoce no tantu exigitur aer interior: sed etia exterior: cuius confractioe & motu sonus deferatur. Propter hoc addendum est & dicendu quod queda sensibilia deferuntur ad sensum secundum esse spirituale tantu: sicut species coloru. Queda aut cotingut organu secundum esse suu materiale sicut in gustu & tactu. Queda uero deferuntur utroque modo: sicut species odoru cu permixtione fumalis euaporationis: quadoque tamen species extenduntur ultra fumale euaporatione. & similiter est de sono & motu: ibi tame species soni defertur secundum

esse spirituale tm̄:unde nō oportebit esse motum in me-
dio:aut fractionē aut condensationē. Vel potest dici ꝙ
erit etiam ibi confractio celi empyrei: nec hoc cedet in
eius ignobilitatem:quia erit instrumentū motum a lin
gua glorificata:& materia uocis prolate in laudem diui
nam. Nec ꝓpter hoc sequitur ꝙ sit generabile & corru-
ptibile:quia raritas & densitas sūt equiuoce dicta in il-
lo corpore & in illis corporibus:sicut etiam ponūt astro
logi inter duas speras que nō possūt scindi:esse aliquod
spatium repletum corpore diuisibili: cum in illo spatio
sit motus planetarū scd̄m motum epicicli. Item ꝑ mira
culum fieri potest ꝙ duo corpora sint in eodē loco: qđ
oportet esse ad minus dum corpus gloriosum supra ce-
lum empyreum transferet' mediante celesti corpore qđ
nō scinditur. Quid autem de hiis uerum sit incertūest
quia nec fide determinatur:nec probat' ratiōe. Ex Tho-
ma & Henrico de Assia elicitiue.

NOna questiuncula est: Quid & quot sunt aureole
quasi parafrenales martyrū:confessorum:& uirgi-
num in celo empyreo. Ad quam respondetur:ꝙ aureo-
la est quoddā gaudium accidentale quo beati gaudent
de bonis operibus a se factis:que per uictoriā acquisiue
runt:Nā uictoribus corona datur. Circa quam aureolā
quatuor declarabunt'.s.essentia:sufficientia:eminentia
correspondentia. Primū est essentia:nam dictum est ꝙ
aureola est gaudium quoddā accidētale. Pro quo scien-
dum est ꝙ in beatis est duplex gaudium.s.essentiale &
accidentale. Primū enī premiū uel gaudiū beatorū est

essentiale:quod consistit in perfectione cõiunctione aĩe ad deum per uisionem & fruitionem dei:inquantũ ani ma pfecte coniungit deo:uidendo:amando eũ & fruen do:& hoc premium similitudinarie corona aurea nomi nat triplici ratione. Primo signi:quia corona est ppriuz signum regie dignitatis. Sed p istud premium essentia le quod in dei uisione cõsistit quodãmodo efficitur ho mo particeps diuinitatis:& p consequens regie dignita tis:ut dicitur Apoca. v. Fecisti nos deo nostro regnuz & sacerdotes. Secundo hoc premiũ essentiale uocatur co rona ratione circuli:Nam figura circularis est perfectis sima eo q nichil sibi addi potest quin sit ea minus:& si gnificat premiũ & gaudium essentiale beatorũ:cui nul lum premiuz addi potest quin sit eo minus: quod patet quia nichil est maius uisione dei. Tertio premiũ essen tiale uocatur aurea ratione materiei siue nũmi: quia si cut auro nullum metallum est preciosius:ita uisiõe dei: que est premiũ essentiale sanctorũ: nullũ aliud premiũ est maius & nobilius. Qđ autẽ aurum sit inter metalla preciosius patet ex ualore & raritate. patet etiã quia nul la egritudo apparet ĩ eo:neutra enĩ pars eius est intem perata aut ĩperfecta:ut dicit Hermes egyptius. Omnia enĩ metalla fiunt ex sulphure quasi ex patre & substan tia seminis paterni:& ex argento uiuo quasi ex matre & menstruo:quod menstruũ coagulatur in substantiã em brionis uirtute sulphuris dirigentis ipsuz & adurentis: que duo. s. sulphur & argentũ uiuũ in auro sunt magis lucida & purificata per loturas fortissimas ita q nichil

p

unctuositatis cremabilis nec humiditatis aquee flémati-
tice pōt ampli⁹ euaporari: ut patet ī anulo aureo circū-
dante digitū nō tingente:nō sic in anulo aureo uel alio
rū metallorū: que plus & minus tingūt corpa cōtigua:
ut dicit Albert⁹ in.iiii.mineraliū:Secūdū premiū uel se-
cundū gaudiū beatorū ī patria additū premio essentia-
li ipsorū.i.uisioni diuīe est accidentale:& uocat̃ aureola
diminutiue:qa quasi minimū est hoc premiū accidēta-
le respectu premii essentialis uisiōis diuīe. De qbus co-
ronis aureis & aureolis tanq̄ de premio essentiali & ac-
cidētali dicit̃ Exo.xxv. Archā de lignis sethim(que sūt
īputrebilia:ut dicit Iosephus)cōpingite & deaurabis eā
auro mūdissimo intus & foris: qđ significat premiū es-
sentiale.Faciesq̧ alterā coronā aureolā p circuitū: qđ si-
gnificat premiū accidentale. De prima corona dicit̃ ec-
clesiastici.xlv.Corona aurea sup caput eius expressa si-
gno sanctitatis.De secūda cantat ecclesia: Filie ierusalē
uenite & uidete martyrē cū corona.s.uictorie ꝓ qua da-
tur in die solēnitatis & letitie. Secūdo circa aureolā ui-
denda est eius sufficientia.s.numeralis:Nā tres ponun-
tur esse aureole.s.uirginū:martyrū: & doctorū siue pre-
dicatorū.Probat̃:nā corona dat̃ ꝓ uictoria:que cū qua-
dam pugna agitur:nam nō coronabitur nisi qui legiti-
me certauerit.ii.thi.ii.Sed triplex est genus sanctorū q
in mundo uiriliter pugnarunt & uicerunt.s. uirgines:
martyres & predicatores:ergo triplex erit corona aureo-
la que dabit̃ sanctis ꝓ uictoriis & de hoste triūphis.Pri-
ma aureola debet̃ uirginib⁹ de bonis operib⁹ a se factis

ratione uirginitatis. Cuius ratio eſt: quia corona uicto-
ribus dat᷑ ut patet ſupra: ergo ubi ē ſpecialis ratio uicto
rie ibi debetur ſpecialis aureola. Sed ꝑ uirginitatem ali
quis uel aliqua obtinet ſingularem & ſpecialem uicto-
riam de carne contra quā bellum gerit: ut patet Gal᷑. v.
Spiritus concupiſcit aduerſus carnem & ecōuerſo: ergo
uirginitati ſpeciale gaudiū accidentale debet᷑ & dat᷑ qđ
aureola nominat᷑. Ad cuius euidentiā eſt ſciēdū ꝙ illis
tm̄ uirginibus debet᷑ aureola que ꝓpoſitū habuerūt uir
ginitatem ꝑpetuo conſeruādi: ſiue hoc ꝓpoſitum fuerit
uoto firmatū ſiue nō: qđ quidem ꝓpoſitū q̄uis aliqn̄ fue
rit interruptum: integritate tn̄ carnis manēte dūmodo
in fine uite iſtud ꝓpoſituꝫ inueniat᷑: debet᷑ aureola. Cu-
ius ratio eſt: quia licet uirginitas carnis reparari nō poſ
ſit: tn̄ uirginitas uel corruptio mentis ꝑ penitentiā repa
ratur & ad plenuꝫ reſtituit᷑: & ideo ſi mens finaliter re-
manet incorrupta habebit aureolam. Nō enī eſt dubiū
quin tales de corporis incorruptione gaudebūt. Si autē
corruptionem mentis ſequat᷑ corruptio carnis ꝓcurata
aliquo inſtrumēto uel alio modo: talis amittit aureolā:
& debet humiliter & uerecunde a cōſecratione abſtine-
re: nō tamen repellit᷑ a conſecratione: quia eccleſia iudi-
cat ſolum ſcđm ea que apparent in foro exteriori. Si ue
ro ꝑ uiolentias amiſit integritatem carnis: nō ꝑdit au-
reolam. Nam nō corrumpit᷑ corpus: niſi fuerit corrupt⁹
animus. Vnde beata Lucia dixit: Si me inuitā uiolari
feceris: caſtitas michi duplicabit᷑ ad coronā. nō ꝙ duas
aureolas habeat: ſed quia duplex premium reportabit.

p

Vnũ ꝑ uirginitate custodita: aliud ꝑ iiuria quã ẽ passa: imo si uioléter aliqua oppressa cócipiat: ex hoc tñ meritũ uirginitatis nõ ꝑdit: nec aureolã. Sed dicet aliqs: si aureola debetur uictorie de pugna: ubi nulla est pugna uł uictoria ibi nec aureola. Sed uirgo Maria nõ habuit pugnã carnis: ergo nec aureolã: qđ falsuꝫ ẽ. Respondet ꝙ uirgo Maria habet aureolã ꝑ premio uirginitatis: & licet nõ habuerit pugnã carnis ab intra: habuit tñ tentationẽ que est ab hoste: qui nec ipsum xp̃m reueritus est tentare. Secũda aureola debet̃ martyribꝰ. Cuius ratio est: quia speciali uictorie debet̃ aureola specialis: ut patet supra. sed martyr de tyranno habet uictoriã specialẽ ergo. Ad cuius euidentiã sciendũ: ꝙ duplici ratione aliqua uictoria dicit̃ magna. Primo ratione pene mortis que ẽ ultimũ terribiliũ. iii. ethicoꝝ. Secũdo ratiõe cause honestissime que causa est xp̃s. & hec duo in martyrio considerant̃: & p̃cipue causa: quia martyrẽ nõ facit pena sed causa. ꝓpter qđ ille qui ꝑ fidei cõfessione moritur siue de fide a ꝑsecutore interroget̃ siue nõ: & morit̃ aureolã obtinebit. Similiter si qs. R. p. ab hostiũ impugnatione defendit: qui xp̃i fidẽ corrũpere moliunt̃: & ĩ tali defensione moriat̃ aureolã habebit. Similiter si qs mortale uulnus ꝑ xp̃o accipiat: & aliquãto tp̃e superuiuat martyr est: & aureolã nõ ꝑdit. ut patet de beata Cecilia. Si autẽ mortale uulnus non accipiat: & tñ exinde postea moriat̃: nõ tñ negligentia sua in curando: aureolam habet. Si etiam uulnera nõ mortalia susceperit: & post hoc carcerẽ substinẽs moriat̃: martyr est: & aureo-

lam meret᷑:ut beatus Marcellus. Si autē afflictio ꝓpter xp̄m usq; ad mortem continuata nō fuerit:nō erit martyr:ut patet de beato Siluestro multas ꝓ xp̄o penas passo:qui tamen in pace uitam finiuit:nec martyr fuit nec aureolam meruit. Tertia aureola debet᷑ doctoribus uel predicatoribus: illis.s. qui ea soluȝ predicant & docent que ad salutē ptinent animarū. Cuius ratio est:quia uictorie speciali specialis aureola debet᷑: & ideo sicut per uirginitatem & martyriū aliquis de carne & mūdo specialem uictoriam habet: & p cōsequens aureolā specialem. Ita etiā qn̄ aliquis non solum a corde suo:sed etiā a cordibus aliorū diabolum p errorem impugnātē repellit aureolam meret᷑. Cuius ratio est:quia talibus salutaribus documētis diabolū uelut quibusdā spiritualibus armis expugnat:de quibus dict᷑.ii.Corint.x. Arma militie nostre nō sunt carnalia:sed spūalia. Prelatis aūt qbus competit ex officio docere uel predicare aureola nō debet᷑ nisi actu predicēt. Ratio est:qa corona nō debet᷑ pugne & uictorie habituali: sed actuali. scd̄m illud.ii. thi.ii. Non coronabit᷑ nisi qui legitime certauerit. Et iō quibuscūq; legitime exercentib⁹ actū istū.s. docēdi uel p̄dicandi debet᷑ aureola. Tertio circa aureolam aduerti debet preeminētia dignitatis:que ex trib⁹ ptibus pōt cōsiderari.s.ex pte pugne:permanētie:& materie. Primo modo aureola illa ē potior que fortiori pugne debetur: hoc modo aureola martyrum aliis aureolis supeminet: quia ibi est difficilior pugna. Secūdo modo potest cōsiderari aureola ex parte pmanentie: & sic aureola uirgi-

P

num aliis aureolis supeminet: quia pugna carnis periculosior est inquãtũ est diuturnior & magis nobis emi net e uicino. Tertio põt aureola cõsiderari ex parte ma terie de qua est pugna: & sic aureola doctorũ & predica torũ inter oẽs est potior. Cuius ratio est: quia pugna do ctorũ uel predicatorum uersat͛ circa bona intelligibilia Alie uero pugne. s. uirginum & martyruȝ uersant͛ circa passiões. Quãuis autẽ una aureola sit scd͛m quid maior altera. simpliciter tamẽ loquẽdo aureola martyrũ inter omnes est potior. qd͛ ꝓbatur ratione: auctoritate: & obseruatiõe. Ratiõe sic: Vbi pugna est difficilior: & uicto ria maior: ibi aureola potior: sed pugna & uictoria mar tyrũ est huiusmodi: ut patet supra. ergo. Secundo ꝓbat͛ auctoritate Mathei. v. Beati qui ꝑsecutionẽ ꝓpter iusti tiam ꝛc̃. Dicit glo. ꝙ oẽs alie beatitudines ꝑficiuntur in ista. Tertio ꝓbatur obseruatione ecclesie: nam ecclesia in cõmemoratione sanctorũ preponit martyres uideli cet doctoribus & uirginibus ad ostendendũ preeminẽ tiam martyrũ respectu doctorum & uirginuȝ. Hec oĩa Tho. in. iiii. di. xlix. arti. v. Quarto circa aureolam con sideranda est correspondentia. i. cui parti dotiũ aureole correspondẽt. Respondetur ꝙ parafrenalibus. parafre nalia autem sunt que mulier habet extra uel ultra do tem a parentibus & amicis. C. de pactis conuentis sup dotem. l. hac lege. & ff. de iure dotiuȝ. l. si ergo. §. dotiũ. & glo. in. c. ex litteris. de pignoribus. In quib⁹ bonis pa rafrenalibus maritus non habet aliqd͛ ius ministrandi muliere contradicente nisi illa bona tradiderit marito.

ut·l·si·C·de dotis promissione·quo casu maritus habet administrationē:& de fructibus pōt cum uxore uiuere: ut dicit textus & ibi Bartholus· Et hec sunt satis de primo receptaculo animarū separatarū·s·celo empyreo·

T Ertia questio sub hoc tertio capite prime decadis est de secundo receptaculo animarū separatarū·s· de inferno: sub qua tresdecim questiūcule soluent̄:quarum quelibet infra suo ordine declarabitur·

P Rima questiūcula est: Si infernus post mortē reperiatur scđm ueritatem an sit in fictiōe ad terrendum laicos:& temporalia bona ab eis extorquendū·Ad quā questiūculā uidet̄ primo respondendū negatiue argumentis Platonis & Origenis: & primo argutiis Platonis ut adducit Aug⁹·xxi·de ci·dei·c·xiii·sic:Oīs pena diuina uel legalis adhibet̄ ratione emēdationis:aut ꝑfectus ad uirtutē· Sed post transitum hui⁹ seculi demones & dānatos ex cōtemplatione pene eterne peccatorū nō penitebit nec peccare cessabūt: & beati de cōmuni lege quacūq; occasione data nō poterūt melius in bono ꝑficere:ergo post hanc uitā nō est ponendus infernus: nec pene eterne illi⁹·Maior patet ꝑ psalmistā dicentē:Cum occideret eos querebant eum & reuertebant̄ & diluculo ueniebant ad eum·Et iterū: Imple facies eorū ignominia & querent nomen tuū dn̄e·Et Isidorus dicit·v·ethimologiarꝫ·& ponitur·iiii·di·c·causa cōstitutiōis legū ē hūanā coercere audaciā & nocēdi facultatē refrenare·& i glo·ff·de iustitia & iure·l·iustitia·Oderūt peccare boni uirtutis amore·Oderūt peccare mali formidīe pene·

P

Minor ꝓbat̃ per gregoriũ·iiii·dialogoꝝ·c·xxxvii·& po
nitur i·c·qualis·xxv·di·dicẽs: Qualis hinc quiſq; egre
ditur talis in iudicio finali preſentatur: Quod dictum
oportet intelligi de egredientibꝰ aĩabus in ſtatu damna
tionis uel ſaluationis:ita uidelicet ꝙ mortalis culpa hic
ꝑ penitentiã aut baptiſmate nõ deleta cũ tali culpa de-
fert̃ ad iudiciũ:nũq̃ poſt deletura neq; remiſſura·Et ec-
cleſiaſtici·xi·dicit̃: Si ceciderit lignũ ad auſtruʒ aut ad
aquilonẽ:in quocũq; loco ceciderit:ibi·ſ·ſemꝑ erit· Li-
gnũ eſt homo·Aquilo infernũ deſignat:& celũ auſtrũ·
Et eccleſiaſtici·ix·dicitur:Quodcũq; põt manus tua in
ſtanter operare: quia nec opus nec ratio nec ſciẽtia erit
apud inferos quo tu ꝓperas· Et ꝙ etiã beati ĩ merito nõ
poſſint ꝓficere patet:quia meritũ ꝑtinet ad ſtatum uite
preſentis·Vnde Paulꝰ dicebat: Ecce nũc tẽpus accepta-
bile:ecce nunc dies ſalutis·Et yſaias: Tempore accepto
exaudiui te:& in die ſalutis auxiliatus ſum tui· Itẽ ſe-
cũdo arguit Plato ſic:Quidã phõꝝ & poetarũ finxerũt
deorſum eſſe infernũ locuʒ triſtiſſimũ omni genere pe-
narũ & miſeriarũ plenũ ibiq; deſcenſuras ꝑditorũ aĩas
ſine fine puniendas· Finxeruntq; iras & beneficentias
deorũ:& dearũ:nõ qđ ſic uerũ eſſe animo crederẽt cum
tenerent nichil de penis poſt mortem futurũ eſſe malis
ſed hoc fingebant ꝓpter tyrannorũ timorẽ·ſ·ut princi-
pes tyranni timerent̃ a ſubditis:ut dicit Augꝰ·vi·de ci-
uitate dei·Item·iii·de ci·dei dicit Augꝰ·ꝙ antiquitꝰ pre
ſidẽtes in ciuitatibꝰ finxerũt multa falſa de diis & locis
penalibꝰ: exiſtimãtes illa eſſe utilia ſi credant̃ a populo

ad retrahendũ ipsum a uitiis & uocandum ad uirtutes Pro hac opinione loquebat᷑ Statius in thebayde dicẽs: Primus in orbe deos fecit timor hortesia fortes. & Cicero primo libro de natura deorũ dicit: Quidam totã de diis ĩmortalibus opinionẽ factã esse dixerũt ab hoĩbus sapiẽtib⁹. R. p. causa ut quos ratio nõ posset: eos ad officiũ religio duceret. Et Cicero libro. iii. ĩuectiuarũ in Catellinã inquit: Itaq; ut aliqua ĩuita formido ĩprobis eẽt posita: apud inferos quedã illi antiqui supplicia impiis constituta esse uoluerũt. Idẽ ponit Seneca tragedia sexta. metro quinto. Et platonici ut dicit Aug⁹. ubi supra. dicere soliti erant utile esse in ciuitatib⁹ ut uiri fortes: & si falsũ sit: ex diis genitos se esse crederẽt: ut audaci⁹ res magnas diuine stirpis fidẽtia aggrederent᷑. Secũdo arguit ꝓ hac pte exitialiter & uenenose Origenes: q uult omnes dãnatos & etiã demones in fine mũdi ꝑ diuinã misericordiã saluari: & ꝑ cõsequens infernũ nõ reperiri saltem post iudicium uniuersale. & primo sic: Sapĩe. xi. dicit᷑: Misereris omniũ dñe & nichil odisti eorũ que fecisti: ꝫ inter omnia cõnumerant᷑ etiam damnati: & demones: ergo & illorũ in fine mundi miserebit᷑ deus. Et geñ. vi. dicit᷑: Nõ ꝑmanebit spiritus meus in homĩe in eternũ: quia caro est: sed spiritus dei: ut ibidem glo. dicit: accipitur ꝓ indignatione. Indignatio autẽ dei & pena quã infligit uident᷑ idem esse: ergo si spiritus nõ permanebit. i. indignatio dei in hoĩe in eternũ: ergo nec pena similiter. Item tertio psal. dicit: Homĩes & iumenta saluabis dñe. scđm Origenẽ. hoĩes. i. rationales. & iumẽ

Statius
Cicero
Cicero
Seneca
Aug
Origenes

Indignatio dei ~ pena quã Inflígit uidentur idem esse

p

ta.i.demones. Et iterũ:nũquid in ira sua cõtinebit mi-
sericordias suas:q̃si dicat nõ. Ira aũt dei est punitio ei⁹.
Et Anselm⁹ libro cur deus hõ.ait: Nõ est iustũ ut deus
creaturã rationalẽ quã ad beatitudinẽ fecit oĩno perire
sinat.ꝭ inter rationalẽ creaturã sunt etiã dãnati:ergo il
los ĩ eternũ pire nõ sinet. Itẽ deus uult oẽs hoĩes saluos
fieri:ut dicit Paul⁹ prime thi.ii.ꝭ uolũtas dei est tã effi-
cax ut necesse sit oĩno ĩpleri: & ei nemo aliquo mõ resi-
stere põt:nã quecũqꝫ uoluit: fecit ĩ celo & in terra:ut di
cit psal.ergo oẽs hoĩes etiã dãnati saltẽ post iudiciũ sal-
uabunt̃: & p cõsequẽs nõ erit infernus post iudiciũ. Sꝫ
qm̃ hãc Platonis & Origenis erroneaꝫ opinionẽ quidã
carnales hoĩes bonis hui⁹ seculi inebriati:ut licenti⁹:glo
riosius & uoluptuosius uiuere possint sequunt̃. Idcirco
ꝓbabo breuiter quinqꝫ rõnib⁹:& auctoritatib⁹:& exem
plis:esse infernũ ante & post iudiciũ. Et primo rõne di
uine pfectiõis: Nã deo cõpetit misericordia & iustitia.
Oẽs eni uie dñi mĩa & ueritas: inqt psal. & alibi: Pote-
stas tibi dñe est & mĩa. & reddes unicuiqꝫ scd̃m opa sua
Si eni esset iust⁹ sine mĩa:esset crudelis. & si misericors
sine iustitia:esset insipiẽs:ut ĩ.c.disciplina.xlv.d.ꝓpte-
rea dicit Tho.pri.pte.q.xxi.p totuꝫ. ꝙ in oĩ ope mĩa &
iustitia dei repit̃. Mĩa si qdem quantũ ad primã radicẽ
ut pua creatiõis in oĩbus: & in hoĩe creatio illi⁹:& finis
beatitudinis eius:que ex sola bonitate diuĩe uoluntatis
dependet. Iustitia distributiua uero inqnantum reddit
unicuiqꝫ scd̃m eorũ naturã: dignitatẽ:& merita: in hoc
mũdo ul'ĩ futuro:ꝓpterea dicit Dio⁹.viii.c.de di.noĩb⁹:

Oportet uidere in hoc uerã dei esse iustitiã q̄ oibus tri-
buit ꝓpria scđm uniuscuiusq; existentiũ dignitatem: &
uniuscuiusq; naturã in ꝓprio saluat ordine & uirtute.
Ergo sicut ex misericordia eternaliter bonos remunera
bit ĩ celo: ita ex iustitia malos ꝑpetuo dãnabit ĩ inferno
Secũdo ꝓbat ratione oppositorũ cõditionis: Nã cum in
natura reperit unũ oppositorũ siue contrariorũ: inueni
tur & reliquũ. xi. metha. & ii. de celo. (nisi tamẽ unum
esset infinitũ) Sed reperit locus scđm phõs: ubi ẽ absen
tia oĩs cõtrarietatis: & presentia totius pulchritudinis:
diaphanitatis: luminositatis: ut patet de nouẽ celis mo-
bilibus ab oĩ contrarietate semotis. primo celi. ad quos
ascendunt aĩe bonorũ ad cõpares stellas de mente Pla-
tonis: siue scđm grecos & ualdenses reperit locus & ali-
qua regio in superficie terre temperatissima: oĩbus dele
ctationib⁹ gratissima: omni terra excelsior: sita in oriẽte
& dextra parte celi que nobilior est sinistra. ii. de celo.
qui dicit paradisus terrestris: siue ortus delitiarum: siue
paradisus uoluptatis. geñ. i. ad quem locũ usq; ad diem
iudicii ascendũt anime nõ plene purgate: scđm grecos
& Valdẽses. Siue reperit locus scđm theologos christia-
nos incogitabilis pulchritudinis: & indicibilis disposi-
tionis in gloria: ubi omne bonũ sine oĩ malo: ubi lumẽ
indeficiens & pax dei que exuperat omnẽ sensũ: qui est
celum empyreũ circũstans ĩmediate omnes nouẽ celos
mobiles: in quo loco sanctorũ aĩe requiescunt: & sempi
terno euo & diuĩtate fruunt. Ergo ex opposito reperibi
lis ẽ & esse debet aliquis locus: uel aliqua regio subter-

ranea in centro circūdans mediū mundi sūme deorsuꝫ: que regio quodā igne est plena: & naturaliter tenebrosa: omni influxu celestis luminis priuata: ex eo ꝙ elemētum terre hāc regionē circūstans est simpliciter opacū: carēs penitus diaphanitate: sine qua lumē nusq̄ diffundi pōt uel penetrare. In qua regione est oē malum sine omni bono: & oīa contraria eorū que sunt in corporibꝰ celestibus siue in paradiso terrestri: siue ī celo empyreo ubi dānati in seculū seculi cruciabunť. Tertio ꝓbať ratione honeste equitatis: Nā scđm canonistas & legistas in dubiis semitā debemus eligere tutiorē. Extra de homicidio. c. ad audientiā. & extra de clerico excōicato ministrante. c. illud diciť ꝙ in dubiis uia tutior est eligēda & extra de sponsalibus. c. īmunes. diciť: in hiis que dubia sunt qđ certius existimamus tenere debemus. & de penitētiis. d. vii. dicit Augꝰ. in. c. nemo. Tene certum & dimitte incertuꝫ. Vnde Cicero primo officioꝝ ait: Bene precipiunt qui uetant quicq̄ agere qđ dubites equū sit an iniquū. Et iurisconsultus dicit in. l. semp. ff. de regulis iuris. Semp in dubio benigniora sunt p̄ferenda. Idē in. l. in ambiguis. Cum ergo benignius sit & honestius & rationi magis consonū credere: ꝙ mali qui hic absq̄ timore mala perpetrant: nō castigati in hoc seculo: alibi puniantť post mortē in inferno: q̄ ꝙ semp hic gaudentes in iniquitate reportent de malis transactis cōmoduꝫ ꝓ talibus: & uirtute post mortē ditenť: gauisi semp ī uita iniquitate: ut diciť de pe. di. vii. nullus. ergo oīno ꝓ tali bus ponendus est infernus post mortē. Argueret enim

aliter ex continuo hic malis nec hic nec alibi post mor-
tem punitis deum esse iniustũ: ĩmitẽ: improuidũ: & par
tialem: quod esset ĩmitius: inbenignius & ĩcutior semi-
4° ta ad credendũ. Quarto ꝓbatur ratione diuine cõmina
tionis: Nam deus & xp̄s & sancti minant̄ infernum ma
lefacientib⁹ post mortem. scd̄m illud Mathei. xxv. Ibũt
hii in supplicium eternum. Iusti autem in uitã eternã.
& Iob. xxii. Tenent timpanuȝ & cytharam & gaudent
ad sonum organi dicunt in bonis dies suos: & in pũcto
ad infernũ descendũt. Sȝ si dicas ꝙ infernũ minatus ẽ
xp̄s ut terreat malos & ad bonũ cõuertat: nõ ut penas ĩ
ferat. Audi grego. iiii. dialogoꝝ. c. xxxvi. Quid si quis
dicat: idcirco eternam penam peccantibus minatus est
christus ut eos a peccatorũ perpetratione compesceret.
Respondet̄: ꝙ si falsum est qđ deus minat⁹ est: ut ab in-
iustitia corrigeret etiã falsa pollicitus est ut ad iustitiaȝ
ꝓuocaret. Sed quis hoc etiam insanus dicere presumat:
quia si deus minatus est qđ nõ erat impleturus: tũc cũ
asserere ipsum misericordẽ uolumus: eũ fallacẽ esse qđ
nephas est: predicare cõpellimur. Hec greg⁹. & Hiero-
nym⁹ ad Pãmachiũ & occeanũ pp hoc sic scribit: An pu
tamus fratres ꝙ iocando ꝓphete p̄dicent: ridẽdo loquã-
tur apostoli: xp̄s iudiciũ infantiliter cõminet̄. Sed ioci
nõ sunt ubi supplicia intercidũt. Si iocando passi sunt:
credant̄: & iocando locuti. Isaias sera secat̄. Daniel leo-
nibus deputat̄. Paulus truncat̄ gladio. Petrus in cruce:
dñi exemplo suspendit̄. Et hoc totum ut nos a peccatis
5° sua doctrina reuocarent. hec ille. Quinta ratio est: rõne

P

uniuersalis mūdi cōditiōis. Nulla enī cōmunitas pticu
laris: nulla dñatio tpalis sine aliquo iustitie loco est: eo
ꝙ iustitia maxime pfectionsi est: Nā ait deus Deutero.
xviii. Maleficos non sinas uiuere sup terrā: ergo & in to
to mūdi regno de quo nemo alius nisi deus dn̄s est (qa
dn̄i est terra & plenitudo ei⁹) debet assignari aliquis lo
cus tormentorū ubi diuina iustitia in reprobos ostenda
tur: & hic locus dicit̄ infernus. Secūdo probat̄ existētia
īferni auctoritatib⁹: & primo sacre scripture gen̄. xxxvii
Dixit Iacob ad Ruben: uisa tunica filii Ioseph sanguīe
tincta. Descendā ad filium meū lugens in infernum. &
numeri. xvi. Dathan & abiron descenderent in infernū Dathan
uiuētes. & Virgili⁹ in sexto: Facilis descēsus auerni. No
ctes atq; dies patet atri ianua ditis. Sed reuocare gradū
superasq; euadere ad auras. Hoc opus hic labor ē. Et ibi
dem idē: En quisq; suos patimur manes zc. & Iuuenalis
libro primo. satyra. ii. dicit esse aliquos manes zc. Et Se
neca prīa tragedia dicit: Quisq; est placide zc. Vide an
te ī questiōe de aiorꝝ īmortalitate. & Ouidi⁹. 4. m̄tham.
Est uia decliuis funesta nubila saxo. Ducit ad infernas
per inuita silentia sedes. & infra: Mille capax aditus &
aptas ubiq; portas urbs habet. & Lactanti⁹ sexto institu
tionū de inferis dicit. Zeno stoicus docuit & sedes pio Zeno
rū ab ipiis esse discretas: & illos qdē quietas ac delecta
biles incolere regiones: hos uero penas luere in tenebro
sis locis: atq; in ceni uoraginibus horrēdis. Tertio pba
tur existentia inferni exemplis. & primo illius tyranni
impatoris Trayani qui ut fert̄: ad preces beati gregorii

de īferno ereptus & ad presentis uite statū reductus pe
nitentiā egit: ut dicit in. iiii. dialogorū. c. xxvii. Ex quo
exemplo tria correlaria sequunt. Primū q nichil phi
bet aliquē ante resurrectionē generalem aliqua de cau
sa deo nota ad uitā hanc resuscitandū: fuisse mortuū in
peccato mortali: de quo resuscitatus penitentiā acturus
erat. Secundū quod sequitur est: q nō ualet dicere: Iste
morit in peccato mortali: igit dānabit. sed bene sic seq
tur: Iste in peccato mortali morit: & ad uitam presentē
iterū nō resurget: igit illud peccatū nō remittet: sed dā
nabit. Tertiū quod sequit ē: q oēs auctoritates que di
cunt q in inferno nulla est redēptio. uel in inferno nul
lus amplius confitebit deo. Intelligunt de morte finali
illorū qui ampli9 ad presentis uite statū post generalē
resurrectionē nō resurgēt. Secūdo idem patet exemplo
illius de cuius sepulchro oibus uidētib9 flāma exiuit. &
exemplo illius de cuius sepulchro clamatū est: ardeo: ar
deo: ut gregorius ueredice refert in. iiii. dialogoꝝ. c. iiii.
Probant etiā infernū esse stridor humanus ululatus &
gemitus ceteraq mestitie signa: que ponit Statius libro
secūdo thebaydos de habitātib9 in acchaya: ubi ē mons
altissimus adeo ut neq uenti neq pluuie ibi aliqd pos
sint: ubi talia etiā qnq audiunt. Et greg9. iiii. dialogoꝝ
adducit montē ethne in Sicilia ubi crebro audiunt pe
narū uoces. Et etiā infernū pbatur ex multiplici redu
ctione animarū ad corpa ut manifestarēt penas & alia
que fieri uiderūt apud inferos: sicut ueridice refert bea
tus greg9. libro. iiii. dialogoꝝ. c. xxviii. ubi in principio

P

dicit: Superna pietas ex magna misericordie sue digni tate disposuit: ut nõnulli etiam post exitum repente ad corpus redeant. & tormenta inferni que audita nõ crediderant: saltẽ uisa ꝑtimescant: ut patet de Lazaro qui nunq̃ risit resuscitatus: qui & ita se post castigauit ieiuniis: uigiliis & laboribus ut se uidisse tormẽta apud inferos etiã si lingua taceret: cõuersatio loqueret̃. hec ille.

Nunc ad tria argumenta Platonis in fronte hui⁹ questiũcule facta respondet̃. Et ad primũ dicit̃: ꝙ erroneũ est dicere cũ philosophis ꝙ frustra erũt pene eterne: cũ ꝑfectus penarũ esse desinat: & ideo finiende. Sicut forte sequit̃: frustra sunt medicine: & ideo finem habiture quia egri curari nõ possunt: & sani nõ possunt infirmari. Quia scd̃m irrefragabilẽ catholicorũ religionis ueritatem: pene damnatorũ in eternũ erũt ꝑpter tria: uidelicet ad iustitie dei declarationẽ: ad uniuersi decorem: ꝑ bonorũ & malorũ comperationẽ: & ꝑpter beatorũ letificationẽ uindictã uidentiũ iustissime fieri in eos qui se in hac uita iniuste glorificauerũt. iuxta illud: Letabitur iustus cũ uiderit uindictã: manus suas lauabit ĩ sanguine peccatoris. Ad secundũ autẽ & tertiũ dicendũ: ꝙ philosophi & poete qui finxerũt infernũ esse ꝑpter. R. p. utilitatem: nõ credentes de facto esse infernũ: meruerunt nõ sapientes: sed insipientes dici. Tũ primo: quia huiusmodi penarũ fictiones scd̃m fidem sunt illicite sicut sunt indubie. Tũ secũdo: quia etiã scd̃m rationẽ naturalẽ ueritas que ẽ uirtus nobilis ꝑtinẽs ad intellectũ & ad regulandũ affectũ nõ ẽ ꝑ qualicũq; cõmodo abi-

cienda cū bonū honestū sit preferendū bono utili: sed p
fictionē illā utilē. R. p. & uirtus & ueritas & bonū ho-
nestū abiciebat̄: ergo non erat licitū fingere zc. Nec est
uia dei aut ꝓcessus ratiōis: ut hoīes simplices reuocent̄
a peccatis: & ꝓuocent̄ ad uirtutes p deceptiones uel erro
res: uel fictas fabulas: ut faciūt poete. Nā qui talibꝰ me-
diis usi sunt nō ꝓfuerūt hoibus: nec. R. p. sꝫ maxime no
cuerūt sicut exitus ꝓbauit: quia exinde successu tēporis
execrabiles errores radicati & firmati fuerūt in populo
gentili: q post xp̄o ueniēte cum magna difficultate uix
extirpari potuerūt. Media aūt cōgrua retrahendi hoīes
a uitiis: & ad uirtutes ꝓuocandi sunt uere eruditiones:
apte increpatiōes: deuote exhortatiōes: ꝓmissiōes bono
rū: cōminationes penarū tā p̄ntis q̄ futuri seculi: nō qui
dem fictarū: sꝫ oī ambiguitate remota uerissimarū: qui-
bus mediis qui uere utit̄: sapiens merito dici pōt. Ad ꝓ-
phanā preterea & hereticā opinionē in hoc Origenis di
cit̄ primo: q̄ demones nnq̄ saluabunt̄. Nā ut dicit Da
mascenus: Hoc est angelis casus: qd̄ hoibus mors. Sed
hoīes post mortē si ī peccato mortali moriant̄: eorū nul
la est redēptio ex inferno. Ergo & angeli post casum fa-
cti sunt similiter irrecuperabiles: ꝓpterea dicebat̄ Ma-
thei. xxv. Ite maledicti in ignē eternū q paratus est dia
bolo & angelis eiꝰ. & Apoca. xx. dicit̄: Diabolus q sedu
cebat eos missus est in stagnū ignis & sulphuris ubi be
stia & pseudo ꝓphete cruciabunt̄ die ac nocte in secula
seculorū. Sꝫ p hoc secula seculoꝝ in scriptura solet eter-
nitas designari: ergo. Q d̄ etiā mali hoīes in hoc mundo

P

& postea dānati nunq̄ saluabunť:patet ratiōe:Nā si in fine oēs saluarenť:sequereť q̄ omnes possent ad libituʒ offendere deum:& ī mūdo gaudere: & postea uellet uel nollet deus saluaret eos:& sic de delitiis ad delitias trā-sirent:presentibꝰ & futuris bonis fruerenť:hic uentrem plenū & ibi mentē haberent:in utroqʒ seculo essent pri-mi: & sic postremo in terra & in celo apparerēt gloriosi qđ est impossibile:ut dicit Hieronymus ad Iulianum. Ad auctoritates uero extorte & infideliter ab eo pro sua falsa opinione adductas respondeť:& primo ad primā diciť:q̄ illa distributio omniū debet accipi ut sit acco-modata scđm hunc sensum.s.omniū eorū quos dignos misereri diuina iustitia noscet. Damnati autē post mor tem:& demones post casum sūt irrecuperabiles. Vel di catur q̄ distributio illa intelligitur ꝑ generibus singu-lorum:& nō pro singulis generū:ut declarabitur ad ul-timum.Et ad illud geñ.xi.dicitur:q̄ intelligitur de ho-mine scđm genus suum unde indignatio fuit ablata ꝑ christi passionē. Et ad illud psal.nunqđ obliuisceť mi-sereri deus aut cōtinebit in ira sua misericordias suas di ciť:q̄ intelligiť de hiis qui sunt uasa misericordie: quia ipsi nō ꝑ meritis suis:sʒ deo miserāte de miseria liberāť. Ad auctoritatē uero Anselmi diciť:q̄ intelligať de na-tura rationali absolute & simpliciter ut sit sensus:de na tura angeloꝝ & de natura hoīuʒ uniuersaliter nō est iu stū oēs ꝑire:sed nichil ꝓhibet aliquē eorū ꝑire & aliquē saluari.Ad illud aūt psal.Hoīes & iumēta saluabis dñe rñdeť negando expositionē Origenis.Ad ultimū rñdet

Aug⁹·exponēdo auctoritatem apostoli· primo ut sit di
stributio accomoda scd̄m hūc sensum: Deus uult saluos
fieri oēs hoīes qui saluantᷣ: nō qa nullus hō sitquē sal-
uū fieri nō uelit: sꝫ qa nullus saluus sit quē nō uelit sal-
uū fieri· Secūdo exponitᷣ sic: ut fiat distributio ꝓ generi
bus singulorū: & nō ꝓ singulis generū· & scd̄m hūc sen
sum deus uult de quolibet statu hoīuꝫ saluos fieri ma-
res & feminas: iudeos & gentiles: paruos & magnos: nō
tñ oēs de singulis statibus· Et licet auctoritas apostoli
posset trahi ad istos sensus: tñ quia nō sūt de uirtute ser
monis· Dicendū est aliter scd̄m Damascenū libro·ii·c·
ultimo· ꝙ uolūtas diuina diuiditᷣ in uoluntatē antece-
dentē & cōsequentē· Volūtate aūt antecedente de⁹ uult
oēs hoīes saluos fieri· Volūtate aūt cōsequēte nō· Et qa
uolūtas antecedēs nō semꝑ impletᷣ: ideo nō oēs saluantᷣ
Ad sciendū aūt quid appellatᷣ in deo uolūtas antecedēs
& quid uolūtas cōsequēs· Notandū ꝙ in uolūtate diui
na cū sit sūme simplex nō pōt diuersitas inueniri· Ra-
tione tñ uoliti nichil ꝓhibet eā diuersimode cōsiderari
scd̄m diuersas conditiones uolitorū· Volitū autē scd̄m
ꝙ nūc loquimur in creatura rationali: ordinabile est in
beatitudinē in quo est duo considerari· s· illud qđ ordi-
natᷣ: & auxilia eius quib⁹ iuuatᷣ ad consequendū finē ad
quē ordinatur· Et scd̄m utrūqꝫ istorū pōt accipi distin-
ctio uolūtatis in antecedentē & consequentē· In eo enī
qđ ordinatᷣ ad beatitudinē ē cōsiderari naturā & ꝑsonā:
quantū ergo ad naturā de⁹ uult oēs hoīes saluos fieri: in
quantū dedit oībus naturā capacē & ordinabilē i beati

tudinē· quantū uero ad p̄sonā nō uult oēs hoīes saluos fieri:actiōes aūt sunt suppositi & p̄sone· Et q̄a multi de uiant a fine ultimo p̄ suas actiōes prauas:iō quantū ad ea que sunt p̄sone nō uult deus oēs p̄sonas saluas fieri· Prima uolūtas dei dicit̄ antecedēs: secūda cōsequēs: q̄a prius debet cōsiderari natura ordinabilis ī finē q̄ actio-nes p̄sone quibus finis cōsequit̄ cū ab ipso deuiat̄· Se-cūdo pōt hec distinctio uolūtatis antecedentis & conse quētis sumi quantū ad auxilia quib⁹ creatura iuuatur: sunt enī quedā antecedentia q̄si quedā cōia auxilia que dant̄ oībus hoībus ut salui fiant·s· liberū arbitriū: pre-cepta:consilia & huiusmodi quib⁹ oēs possunt dirigi in hiis que p̄tinent ad salutē·Sūt nichilominus quedā spe cialia:ut gratia:uirtutes: p̄seuerantia in bono & huius-modi que dant̄ quibusdā specialiter & singulariter: er-go q̄a cōe p̄cedit ordine nature illud q̄d est speciale uo-luntas diuina scd̄m q̄ respicit cōia auxilia dicit̄ uolūtas antecedens· put aūt respicit specialia dicit̄ cōsequens· & isto modo uult deus oēs hoīes saluos fieri uoluntate antecedēte:sed nō cōsequēte· Volūtas aūt antecedēs nō semp̄ implet̄ :quia nō est uolūtas simpliciter: nec uoli-tū uolūtate antecedēte solū:sed scd̄m q̄d· Nam uolūtas de salute alicui⁹ est uoluntas practica que necessario re-spicit cōditiōes p̄ticulares suppositoꝝ quorū sunt actio nes· hoc aūt nō facit antecedēs uolūtas:sȝ cōsequēs:& iō que uult deus uolūtate antecedēte solū: nō simpliciter uult p̄p̄ q̄d nō oportet eā īpleri· Hec collectiue ex Tho· pri· p̄te· q· xix· arti· vi· & dn̄o Henrico de assia sup gen̄·

Secunda questiúcula est: An in centro terre: uel ubi sit situs & positus locus inferni. Ad quã sic respondet: quod loc⁹ inferni ubi sit certitudinaliter doctores theologi nõ ponũt. Magister enĩ sñiarum in. iiii. ppe finẽ. xlv. di. dicit sic: Ignis eternus cuiusmodi sit & in qua mũdi uel terre pte futur⁹ sit: hoĩem scire neminẽ arbitror: nisi forte cui spiritus diuin⁹ ostendit. Et Aug⁹ in libro retractionũ. c. xxix. retractans qđ dixerat. xii. sup gen̄. dicit sic: Magis michi uidet̃ dicere debuisse quod sub terris sit q̃ rationẽ reddere cur sub terra esse credat̃. Et greg⁹. in. 4. dialogorum interrogatus an sit credendũ infernũ esse sup terrã uel subtus dicit: Hac de re temere diffinire nõ audeo: nõnulli nanque in quadam terrarũ parte infernũ esse putant. Alii uero hunc sub terra esse existimãt. hec ille. Alii uero dicũt quod infernus sit in opposito aride axe que est inter equinoctialẽ & polum articum in quo loco uiget excessus caloris. Vel est sub aliquo polorum ubi est excessus frigiditatis. Potest etiã esse aliqua regio in supficie terre sub aqua: uel sup aquam per modum magne insule intẽperatissima: molestissima: horribilissima: deformissima que dicitur infernus: & huic imaginationi consonat quod dicunt quidam in extremis partibus septentrionis ultro noruegianos habitãtes: ubi dicũt esse multa demonia: & clamores & tumult⁹ horribiles audiri ab inhabitantib⁹ insulas. Dñs aũt Petrus de taranta. & Tho. & Ricardus. & dñs Bonauẽtura in. iiii. d. xliiii. & dñs Henricus de Assia sup gen̄. suadẽt trib⁹ cõgruentiis esse infernũ in centro terre. & primo rõne diuĩe or-

P

dinationis sic: Deus cũ sit sapientissim⁹ oĩa scd̃m exigẽ-
tiam suarũ naturaꝝ ĩ suis locis statuit & ordinauit. Nã
sapientis est ordinare. primo metha. & Aug⁹. dicit. xix.
de. c. dei. c. xiii. ꝙ ordo ẽ pariũ dispariũq; rerũ sua cuiq;
loca tribuens dispositio. Sicut ergo naturalib⁹ & corpa-
libus reb⁹ oppositis assignauit diuersa loca opposita cor
respondẽtia ꝓpriis earũ naturis: ut puta rebus leuibus:
locũ sursum & circũferentiã: & rebus grauib⁹ locũ infe-
rius & centrũ mũdi. Ita & spũalib⁹ rebus loca cõuenien
tia earũ naturis statuere debuit: ut leues. s. & spũales ui
ri q corda sua sup terrã ad celestia & spũalia infixerunt
ad circũferentiã toti⁹ mũdi & in sũmo celi statuerent.
Graues uero & pctĩs ponderosi q corda sua bonis terre-
nis sup terrã indebite fixerũt: tenderẽt ad mediũ toti⁹ &
circa centrũ mũdi atq; in ꝓfũdo inferni. Scd̃o idẽ ꝓbat
rõne assimilatiõis: Nã locus & locatũ debet assimilari
siue ꝓportionari. 4. phisi. Pctõres aũt tres hñt cõditiões
elongationẽ: obscuritatẽ: & frigiditatẽ: nã peccatũ diui-
dit & elongat hoiem a deo. ꝓuer. xv. Longe est dñs ab
ĩpiis. pctõres sũt obscuri. execauit enĩ eos malitia eorũ:
Sapĩe. ii. & iõ in tenebris ambulãt: & uia illoꝝ tenebre:
& lubricũ: & angel⁹ dñi coartãs eos. Pctõres sũt frigidi
p pctm̃ qd̃ dicit uenenũ aĩe ab Aug li. 83. q. Venenũ aũt
ut dicit Isido. i. ethimo. est frigidissimũ: ergo loc⁹ nouis
simus: obscur⁹ & frigidus eis debet. Infernus aũt in me
dio & ĩ centro mũdi existẽs ẽ sũme elongat⁹ a celo: ẽ nã-
liter tenebrosus: oĩ influxu celestis lumis priuat⁹: ex eo
ꝙ elementũ terre hãc regionẽ circũstans est simpliciter

opacū carens penitus diaphanitate sine qua lumē nūq̄ diffundi potest uel penetrare: est frigidissimus naturaliter: unde dicit᷑ tartarus a tremore frigoris: ut dicit Isidorus: eo ꝙ ibi nec radius solis penetret nec adsit motus aeris. Tertio ꝓbat᷑ idem ratiōe oppositionis sic: Loca opposita: oppositas & cōtrarias cōditiōes & nās solent habere: sꝫ ꝑadisus terrestris ē aliqua regio in sꝑficie terre temperatissima sita in parte orientali & dextera ꝑte celi que regio est gratissima oībus delectationibꝰ. Ergo infernus poni debet ex opposito in inferioribus partibus terre: interioribꝰ siue centralibꝰ spere terre: uel sꝑficialibus terre opposite axe axi: que inferiores dicunt᷑ respectu nostri: que regio est intemperatissima: remotissima a celo: omnibus molestiis & contrarietatibus plena. Itē paradisus terrestris oppositus inferno (ut dicunt doctores & historici) habet omnia que requirunt᷑ ad bonitatem loci: ciuitatis & regionis. Ad que requiritur conueniens dispositio montium: scaturigo fontium: decursus fluminū: nobilitas plantarum: iocunditas animaliū: influentiarū bonitas: auraruꝫ siue uentorum regularitas: temperies elementoꝝ. Vnde & Damascenus libro secūdo sententiarū dicit: Paradisus terrestris est positus in oriente omni terre excelsior tēperato: tenuissimo ac purissimo aere fulgens: plantis semꝑ floridus: comatus: bono odore repletus: & omnibus gratissimis oblectationibus plenus. Ergo infernus habere debet omnia contraria paradiso terrestri: & per consequens si paradisus in summo sit: infernus debet esse in infimo loco mundi.

Secũdo ꝓbatur eadem cõclusio auctoritatib⁹: & primo geñ·xx·Proiecisti me in ꝓfundũ ĩ corde maris·ubi glo· dicit ꝙ sicut cor est in medio & centro aĩalis:sic infern⁹ ĩ medio terre·mediũ autem terre est centrũ eius·Et Iob x·Dimitte ergo me ut zc̃·Et psal·Liberasti me ex infer/no inferiori· ubi dicit glo·Augustini ꝙ duo sunt infer/na:superius & inferius·Terrena inhabitatio ubi est ca/ro & sanguis:decessio & successio mortalitatis & muta/bilitatis·Infernus est superior:sed ab hac terrena inha/bitatione & inferno itur ad infernuȝ inferiorẽ· Propter hec duo inferna missus est filius dei undiqȝ liberans:ad unũ infernum missus est nascendo : ad aliũ moriendo· Hec Aug⁹·Et ysaias·xiiii·Infernus subtus conturbatus est· Et Mathei·xii· Sicut fuit Ionas in uentre ceti trib⁹ diebus & tribus noctibus:ita erit fili⁹hois in uentre ter re tribus dieb⁹& tribus noctib⁹·Et ꝓuerbioꝝ·ix·In pro fundũ inferni cõuiue eius·& Apoca·v·dicit̃:ꝙ iohãnes cum uidisset librũ signatum septem sigillis:flebat quia nõ uidebat dignũ aliquem illũ aperire neqȝ in celo neqȝ in terra neqȝ subtus terrã·Liber est sacra scriptura·aper tus·i·patefactus a xp̃o qui fuit de tribu iuda· Et innuit Iohãnes subtus terrã:quasi ibi sint aliqui scĩa prediti ut demones: aĩe mortuorũ qui hic sapiẽtes habiti sunt: ut sancti patres:ꝓphete & multi philosophi· & ĩ glo·xiii· q·ii·c·temp⁹in uerbo abditis dicit̃: Infernus est sub ter ra & celũ supra·Item·xxiii·q·iiii·c·hec aũt uita·& gre/gorius in quarto determinãs: quid de loco inferni cre/dat dicit: Hoc animũ pulsat ꝙ idcirco infernus dicitur

qa inferius iacet. Idē dicit Isido. xiiii. ethimo. unde in-
fernus dicit̃ etiā gehēna. a geos qđ est terra. & hēnos q̃si
ꝓfundū: q̃si in ꝓfūdo situs. Et Virgi. in sexto introducit
Eneā alloquentē Didonē: dicentēq;: Infelix dido uerus
michi nūcius ergo: Venerat extinctā ferroq; extrema se
cutā: Funeris heu tibi cā fui: p sidera uiro. Et superos &
si qua fides tellure sub ima est. Inuitus regina tuo de li-
tore cessi. Et Seneca tragedia pri. ītroducit thesēū inuo-
cantē: Fas oē mūdi teq; dñantē p̃cor regno capaci: Teq;
quā tota irrita quesiuit ethna mater. Vt iura abdita &
opta terris liceat īpune loq. Et ultīa tragedia de uirtu-
te loquēs dicit: Nūq̃ stigias fert̃ ad umbras inclita uirt⁹
Viuite fortes nec letheos seua p ānos: Vos fata trahent.
Sȝ cū sūmas exiget horas: Cōsūpta dies Iter ad superos
gloria pandet. Exēplis etiā ueritas p̃dicta patere pōt ex
Grego. iiii. moral. c. xxxii. Et a scō Cyrillo ad Augu. in
trāsitu bti hiero. hec collectiue ex. 4. sniaꝝ: & ex hērico.

T Ertia questiūcula ē: Si alibi q̃ in centro terre repe-
riant̃ in supficie loca in qbus aīe damnatoꝝ penas
luāt. Ad quā sic respondet̃: ꝙ ut Greg⁹. dicit. iiii. dialo.
Omnipotēs deus ad correctionē uiuentiū ī hoc mūdo:
in qbusdā patentib⁹ in supficie terre quasdā damnatoꝝ
aīas penas luere: uoluit ostēdere ut mētes infideliū que
inferni tormēta esse nō credūt tormentoꝝ loca uideant
que audita credere recusant. Et infert. c. xxiiii. li. ubi su
pra. quendā sanctū heremitā q in insula Lipparis Sici-
lie morabat̃ uidisse ꝙ aīa theodorici regis ī ollā uulcani
ibidē ebullientē ꝓiecta fuit p Iohānē papā & Simachū

p

patriciũ quos ille rex añ occiderat. Et iuste dicit ibi bea
tus greg⁹ ab illis in ignē mitti apparuit: quos ĩ hac uita
ĩiuste iudicauit. Itē ĩ.iii.c.narrat de quodã romano cui
ĩ extremis laborãti apparuit nauis pata: qua ipse & qdã
uicin⁹ suus adducēdi erãt in Siciliã: q stati post hec fue-
rant simul mortui. & subiũgens dicit greg⁹. ꝙ uero ille
moriēs se ad Siciliã ducendũ testat⁹ est. qd sentiri aliud
pōt nisi pre ceteris locis in ei⁹ terre insulis eructãti igne
tormētoꝝ olle patuerũt: que ut solēt narrare q nouerũt
lassatis quotidie finib⁹ crescũt ut mũdi termĩo appropĩ
quãte quantũ certũ est illic ampli⁹ exurēdos colligi: tã-
to & eadē tormētoꝝ loca ampli⁹ uideãt᷑ apiri. hec greg⁹.
Ex ista aũt narratiōe apparet ꝙ p ollas uulcani intelli-
gunt᷑ quidã putei flãmiuomi: uel quedã cauerne terre
flãmã spirantes sulphureã. Quare aũt olle ille uulcano
attribuant᷑ pꝫ p Isido. li. xxii. ethimo. dicētē ꝙ iuxta su-
pstitionē gētiliũ: uulcan⁹ in fornacibus fabroꝝ q̄si deus
ignis habitare dicit᷑. & p ipsũ figuraliter ignis intelligi
solet: quē qdē pp multas utilitates quas hoĩ confert (ab
Isidoro ibi enumeratas) gētiles eũ deũ posuerũt: ipsum
noĩantes uulcanũ: quē tũc ridere dicũt qñ ignis q̄si to-
nitrua emittit & scintillis strepit. & iterũ Isido. li. xv. di
cit ꝙ quedã ĩsule circa Siciliã uulcanie dicunt᷑: ex eo ꝙ
ipse sicut mons ethna ardeãt: & sũt octo quorũ noĩa ibi
ponit. Et prima uocat᷑ lipparis ꝛc. Ethna uero est mons
ab incenso sulphure: quo plenus est: flãmas spirans. Et
dicit Isidor⁹ ꝙ mons ille hēt ab ea pte qua eurus & afri
cus flãt spelũcas sulphure plenas: que uētis illis agitate

& cõmote flãmas emittunt terribiles: itaq; putatũ est a quibusdã ibi infernuȝ esse. Sed horũ opinionẽ illa que precedenter de situ inferni dicta sunt stare nõ ꝑmittũt. nõ enĩ omnis locus in quo uel a quo aĩa luit penã dãnationis usq; in diem iudicii est principalis locus ĩferni. Sȝ qdã sũt ꝑticulares ĩ quo (causa nota deo) quedã dãnatorũ aĩe usq; ad diem iudicii penas luunt. Henricus de Assia super genesim.

Q Varta questiũcula est: Quis ordo & que habitudo est sub terra triũ locorũ penaliũ. s. purgatorii: limbi: & sinus Abrahe: uel sanctorũ patrũ ad infernuȝ. Ad quã sic respondet: ꝙ de habitudine & ordine triũ locorum penaliũ ad infernuȝ est duplex opinio. Prima est ꝓbabilis uidelicet ꝙ infernꝰ est regio centralis terre: & ꝙ quelibet alia regio inferi illã orbiculariter circunstet scḋm sub & supra ꝓportionaliter ꝑ differentiis incolaꝝ in indignitate uel dignitate: ita uidelicet ꝙ cũ sint quatuor totalis inferi regiones scḋm cõmunẽ doctorũ opinionẽ. s. infernus inferior: limbus puerorũ: purgatoriũ: & sinus abrahe: uel limbus patrum. Infernus est regio centralis infima: & ĩmediate post eam regio puerorũ q in solo peccato originali decesserunt. Suꝑ quam est regio purgationis animarũ: quã circũstat regio que uocatur sinus abrahe: uel limbus patrũ. Prime due regiões sunt dãnatorũ: sed differunt quo ad penam sensus & penam dãni solã. Alie due nõ: sed sunt uel fuerũt saluandorũ. Alia opinio de ordine locorũ: penarũ ad infernũ est: ꝙ iste q̃tuor regiones sese orbiculariter nõ circũdãt:

quod pōt tribus modis cōtingere. Primo modo: si imaginamur quandā piramidem terre magnā cuius conus sit centrū mūdi: & basis sit tota supficies terre arida: & illam piramidē imaginemur diuisam p lineas uel supficies transuersales in quatuor regiōes scdm sub & supra distantes: quarū infima sit infernus & cetere sup eā ordine predicto. Secūdo modo iste quatuor regiones possunt se ad inuicē habere ad modū quatuor sperarū: sup inuicē īmediate uel mediate positarū: ita q centrū infime sit centrū mūdi: & alie tres directe ad unā differentiam positiōis celi situent sup eā. Tertio modo esse pōt q tres regiones non centrales astent centrali a diuersis differentiis positiōis: ut puta una ab oriente: alia ab occidente: & tertia a meridie uel ex opposito: & sic sunt quatuor imaginatiōes de consituatione regionū inferi. Sed prima est pbabilior & dictis sanctorum cōuenientior. Quicqd tñ sit de constitutiōe dictarū regionū: uidet tñ uerisimiliter ponendū q inter sinū abrahe & infernuz inferiorē sit quedā distantia media q̄si inuia undecūq & amfractib⁹ confusa. Nā dicit Luce. xiiii. q diues epulo eleuatis oculis uidit alonge Abrahā & Lazarū i sinu eius. ubi uidet localis distātia denotari. Et iterū ex hoc q ibi dictū legit ab Abrahā. Et in hiis oībus inter nos & uos chaos magnū firmatū est: ut hii qui uolunt hinc transire ad uos nō possint: neq inde huc trāsmeare. Q d litteraliter acceptū uidet denotare interpositionē itineris imptransibilis: licet doctores exponant illud mystice. Pro hac etiā opiniōe facit illud dictū in psona sapie

increate: ecclesiastici. xxiiii. Penetrabo oēs īferiores par
tes terre & inspiciam oēs dormientes & illuminabo oēs
sperantes in dño. Ex quib⁹ oībus sequit̃ q̄ aīe dānatorū
qñ deducunt̃ ad infernū in centro terre ad luciferū ibi-
dem consistentē & alligatū habēt illas oēs regiones sub
terraneas ptransire. Et aīe que descendūt ad limbū pue
rorū transeūt duas: & que ad purgatoriū uadūt unam:
& ptranseuntes se uident sibi inuicē loquunt̃: & cetera.
Et similiter qñ aīe de purgatorio educunt̃ in gloriā ex-
pedite de culpis & penis forte ad confusionē & penarū
cumulū dānatorū & demonū: q odiūt ascensum hoīu3
in celū pmittente deo transeūt p centrū mundi ad man
siones suas in celo. Hec Henricus de Assia sup geñ.

Q Vinta questiūcula est: Que est maior regio locorū
penaliū. Ad quam sic respondet̃: q̄ si certo cōside-
rare uelimus quantitatē regionū predictarū: nō occur-
rit unde possimus quantificare eas: nisi ex multitudine
incolarū cuiuslibet. Vbi ergo supponēdo q̄ quelibet aīa
exuta sicut & quilibet spiritus determīet sibi certū spa-
tium corporeū: uidet̃ minima regionū predictarꝝ fuisse
sinus abrahe: in quo erāt omnes sancti ueteris testamē-
ti a pena purgatorii absoluti: qui pauci uident̃ fuisse re-
spectu illorū qui adhuc in purgatorio tenebantur: qui
iterum pauci fuerūt & adhuc sunt respectu eorum qui
in inferno tenent̃: & forte quandoq3 pauciores hiis qui
in regione limbi tenentur. Dico ergo consequenter ex
hiis q̄ maxima harū regionū est regio inferni inferio-
ris: quod apparere poterit cuilibet attente cogitare uo-

p

lenti numerũ saluandorum: numerum damnatorũ: numerũ assumptorũ post iudicium corporũ. Nam primo numerus saluandorũ bonorũ post generalẽ resurrectionẽ nõ erit forte minor (ĩmo forte maior ut alibi disputabitur) q̃ multitudo damnatorꝝ hominũ & demonum Sed numerus saluandorũ implebit celum empyreũ qđ est longe capacius q̃ totum spatiuȝ infra concauũ orbis lune ĩmo infra celum sidereum: ut patet in speris celorum se inuicem intercludentiũ: ergo oportet ꝙ locus inferni sit amplissimus. Secũdo hoc idem patet ex numero damnatorũ. Nã iam plus q̃ ꝑ sex milia quadringentorum nonaginta quatuor annoꝝ ab initio mundi elapsorũ anime damnatorũ ad infernum descenderunt de cunctis regionibus uiatorũ fideliũ & infideliũ: quibus si cõnumerentur omnes demones qui scđm aliquos tot sũt quot sũt angeli beati uel plures. & itẽ quot sũt ĩ presenti & erunt mali in futuro qui morient̃ & dãnabunt̃. Cum ergo sit maxima multitudo damnatorũ ut patet: ergo locus inferior inferni ubicunqȝ sit est mire & stupende magnitudinis & amplitudinis: & maior aliaruȝ omniũ regionum dictarum. Tertio hoc idem patet maxime ex numero corpoꝝ assumptorũ ab hominibꝰ post resurrectionẽ generalẽ circũscriptiue loca occupantiũ: ꝓpter ergo maximã damnatorũ multitudinem quidaȝ quantificare uolentes locũ inferni diuersimode loquũtur: Quidã enĩ dicũt ꝙ licet numerus dãnatorũ maior erit q̃ omnis numerus saluãdorũ: nõ tñ oportebit ꝓpter hoc ꝙ spatium inferni sit ita amplũ sicut paradisi: quia

infernus habet ratioē carceris cōstringentis & concul cantis:& non rationē hamene & libere latitudis: nā ad penā dat̄ damnatis locus artus. Vnde dicit̄ a psal. ꝙ dā nati sicut oues ī inferno positi sūt: que aīalia coanguste multū in ouilib⁹ constipant̄. Alii dicūt ꝙ locus inferni erit a centro terre mūdi:& orbiculariter extēdet̄ uersus concauū orbis lune quantū sufficiet ꝓ illa multitudine Alii dicūt ꝙ tota regio elementalis post iudiciū erit locus inferni:ita ꝙ qui in elemētis huius mūdi peccauerunt in illis punient̄. Auari.s.in terra. Lasciui in aqua Iracundi in igne. Superbi in aere. Alii dicūt ꝙ centrū terre & concauū eius est magis amplū q̄ pars terre discoperta aquis que ab hoīb⁹ habitat̄:que pars terre nūq̄ ab hoībus presentib⁹:preteritis & futuris(dato ꝙ mundus habeat terminari)posset totaliter sufficietenus impleri:ita ꝙ nulla pars eius etiā minima uacua remaneret. Alii dicūt & rationabilius ꝙ sicut deus a principio creauit locū inferni detinētis & instrumentū ignis quo ibidem punirent̄ mali:sic etiam a principio deus ꝓuidē tia sua de capacitate loci ꝓuidit:ut.s.īfernus esset capax damnandorū localiter & distincte capiendorum. Hec Henricus de Assia super genesim.

S Exta questiūcula est: Que regio locoꝝ penaliū est diuturnior. Ad quā sic respōdet̄:ꝙ istarū quatuor regionū illa.s.damnandorum inferni sicut īmensurate est & erit aliis extensior: ita & durabilior. Nā regio superior que est sinus abrahe īcepit primo inhabitari fortasse a morte iusti Abel: & depopulata fuit immediate

P

post mortē xp̄i: post hanc regionē inhabitari cepit regio purgatorii: que etiam oib⁹ incolis priuata fuit ꝑ christū ad inferos descendentē ut quibusdā doctorib⁹ uerisimilius uidetur. post quā purgatorii euacuationē iterū regio illa cepit incolas habere & habebit deinceps forte sine interruptione usq; ad resurrectionē mortuorū generalem. Regio uero totalis inferni uel damnandorū sola cum suis infelicibus incolis in eternū durabit: in altum extendēda quantū ad declarationē diuine iustitie: ꝑ distinctas singulorū penas iudicio dei nobis occulto q̄d tūc decernet ab oībus. Hec henric⁹ de Assia sup geñ:

S Eptima questiūcula est: Quot carceres seu mansiones habeat regio infernalis. Ad quā sic respondet: q̄ totalis regio inferni septē carceres habet: uel in septē regiones partiales: iuxta septē peccata mortalia uidetur diuisa esse: uel post iudiciū diuidēda. Pro qua imaginatione est beatus Gregori⁹. iiii. dialogoꝝ. c. xxvi. ubi ait: q̄ siue electi siue reprobi quorum cōis causa in ope fuit ad loca etiā cōia deducunt: xp̄i nobis uerbis satisfacientibus etiā si exēpla deessent. Ipsa quippe ueritas ꝓpter electos in euangelio dicit: In domo patris mei mansiones multe sunt. Si enī dispar retributio ī illa eterna beatitudine nō esset: una potius mansio q̄ multe ibi dicēde essent. Multe ergo mansiones ibi sūt in quib⁹ distincti ordines bonorū ꝓpter meritorū cōsortiū cōmuniter letant. Et eadē ueritas (dicit greg⁹) finalis iudicii diē denūcians ait: Tūc dicā messorib⁹: Colligite zizania & ligate ea ī fasciculos ad cōburendū. Quid āt est zizania ī

fasciculos ligare: nisi cõpares parib⁹ in tormẽtis similib⁹
sociare: ut supbos cũ supbis: luxuriosos cum luxuriosis:
auaros cũ auaris: fallaces cũ fallacib⁹: infideles cũ ĩfide
lib⁹. Cũ ergo similes in culpa ad tormẽta similia: angeli
ĩ locis penalib⁹ deputãt: q̃si zizanioꝝ fasciculos ad cõbu
rendũ ligãt. hec greg⁹. Vel dicẽdũ ꝙ sicut post cõsũma
tionẽ mũdi iuxta ierarchias angeloꝝ maloꝝ ordinabũtꝰ
ĩ inferno diuerse mansiões seu regiões eorũ scd̃m drñas
ĩ statib⁹ & culpis eorũ. Ita uꝫ ꝙ illi angeli mali q fuerũt
uel stãtes fuissent de seraphin sũmi ĩ celo: cadẽtes facti
sũt infimi. Et illi q fuissent cherubin: cadẽtes cõstituti
sũt ĩ choro sup istos: ita ꝙ q fuissent de ĩfimo ordĩe cet⁹
angelici col locabuntꝰ in sũmo loco inferni. Sicut ergo ĩ
celo cum quolibet ordine angelorũ collocabuntꝰ aliqui
hoĩes pro cõformitate meritorũ: ita ꝓportionabiliter in
ierarchiis inferni ꝓ conformitate demeritorũ hoĩes col-
locabuntꝰ intra choros demonũ: ita ꝙ in infimo loco se-
raphinorũ inferni: ponentꝰ illi qui hic fingũt ardere in
amore dei ut ꝛ̃ligiosi ⁊c̃. & ardẽt ãbitiõe diaboli. In cho
ro cherubin inferni ponentꝰ illuminati scientia: sed non
sibi nec recte aliis. In choro tronorũ inferni ponentꝰ qui
fingũt se pauperes & thesaurizãt ꝓ ep̃atu. In ordine do-
minationũ inferni ponentꝰ mali p̃lati: sp̃ũales & tempo
rales: reges: duces: comites. In ordine uirtutũ inferni po
nentꝰ zizaniosi: & sic de singulis. Q̃d si aliqs arguat: qa
scd̃m Iob. x. In inferno null⁹ est ordo. & hic ponitꝰ ordo
septẽ carcerũ uel triũ ierarchiaꝝ. Rñdetꝰ ꝙ Iob ĩtelligit
de ordine intentionũ & opationũ que nõ sũt ĩ inferno:
nã nullus dãnatoꝝ habet intẽtionẽ uel actũ debite ordi

P

natũ in finẽ q ẽ de⁹. Elicitiue ex hẽrico de assia sup geñ.

O Ctaua questiũcula ẽ: Si ignis ĩferni sit corpore⁹ uł similitudinari⁹ aut imaginari⁹. Ad quã sic rñdet ꝙ Auicẽna. ix. sue metha. negãs exustionẽ corpoꝶ post iudiciũ cũ nõ admittat carnis resurrectionem. & uidẽs ꝙ nãliter spũs ab igne corpali pati nõ possit: dixit ex hoc ꝙ ignis ĩferni nõ eẽt corpalis: ꝫ imaginari⁹: ita ꝙ aĩe malorũ post mortẽ dicũť iõ igne cremari: qa imaginãť cruciari apphendẽdo ignẽ sub rõne discõueniẽtis. Et ponit exẽplũ ibidẽ de sõniante q ex apphensiõe fantastica alicui⁹ discõueniẽtis in sõno qñq; plus cruciať q̃ fecisset ex pñtia eiusdẽ ĩ uigilia: ꝫ hoc ẽ falsũ & erroneũ: qa imaginatio ẽ potẽtia quedã utẽs organo corpali: uñ nõ põt eẽ ꝙ tales imaginatiões fiãt ĩ aĩa a corpe sepata: sicut in aĩa sõniantis. Iõ dicebat ꝙ si ille ignis nõ sit imaginari⁹: est certe similitudinari⁹: ut sic ĩtelligãť aĩe ardere ĩ igne: & affligi fetorib⁹ spũaliť: sicut iocũdari dicũť. s. ꝙ rideant uł reficiãť: que nõ intelligũť in aliq̃ re corpali: ꝫ spũali tm̃. Et si aliqs dicat: q̃re ergo đlectatões & pene spũales btõꝶ & maloꝶ demonstrãť & pingunť corpaliť. Rñdet Auicẽ. qa. s. tristitia & delectatio spũalis: ẽ multũ ignota & hoĩes meli⁹ ad amorẽ uel timorẽ mouẽť corpalib⁹ q̃ spũalib⁹. Sꝫ qm̃ etiã hoc falsũ ẽ. Idcirco dicẽdũ ꝙ ignis ĩferni ẽ uerus ignis corpore⁹ & eiusdẽ speciei cũ isto quẽ nos uidemus. Q đ ꝓbať rõne & auctte. Prio rõe sic: Corpi nõ põt cõuenienter aptari in penã nisi corporeũ: ꝫ pena dãnatoꝶ nõ solũ erit pena dãni & priuatiõis diuĩe uisionis que rñdet auersiõi que fuit ĩ pctõ mortali: ꝫ erit etiã

pena sensus corporaliter que respōdet cōuersioni ad bo
num cōmutabile. Corporalis aūt pena p̱ corpora irroga
tur: ergo. Secūdo etiā ꝓbat̃ auctoritate philosophi prīo
thopicoꝝ dicētis: ꝙ oīs aqua omni aque est eadē specie:
ergo eadē ratiōe oīs ignis omni igni est idē specie. Ter
tio ꝓbat̃ auctoritate gregorii. iiii. dialogorū: & Augusti
ni dicentiū: ꝙ aīe damnatorū igne corporeo affligunt̃.
Hec Tho. in. iiii. sn̄iaꝝ. di. xliiii. Alii tn̄ dicūt ut recitat
Scotus in. iiii. ꝙ spiritib⁹ & aīabus dat̃ quidam habitus
supnaturalis ꝑpter demeritū peccati: & p̱ illū subiciūt̃
corporali agenti ut possint ab eo pati. Hoc tamen Sco
tus improbat & bene.

N Ona questiūcula est: Si demones & aīe spūales se
parate possint ab igne inferni corpali pati & cru
ciari. Ad quā primo uidet̃ respōdendū negatiue p̱ illud
Augustini. xii. sup gen̄. c. xlii. Agēs debet esse nobilius
passo. Ignis aūt corporeus nō est prestantior spū. Item
Aristoteles primo de generatiōe dicit: ꝙ corpus nō agit
nisi p̱ contactū. corpus aūt spiritū tangere nō pōt: quia
illa se tangūt quorū ultima sunt simul. v. phisicoꝝ. Spi
ritus aūt indiuisibilis nō habet ultimū. Item primo de
generatiōe & scd̄m Boetiū libro de duabus naturis: Illa
solū agūt & patiunt̃ ad inuicē que in materia cōmuni
cant: sꝫ aīa & ignis corpore⁹ nō cōicant ī materia: qa cor
poraliū & spūaliū nō est materia cōis. xi. matha. Itē oē
qd̄ patit̃ recipit aliquid ab agente. Si ergo aīa patiat̃ ab
igne corpeo: aliqd ab eo recipiet: sed oē qd̄ recipit̃ in ali
quo est ibi p̱ modū recipiētis: ergo recipiet̃ ignis in aīa

corpaliter. Sȝ spũalia recepta ab aĩa sũt aĩe pfectiões & nõ pena: ergo ignis recept⁹ in aĩa nõ erit pena ei⁹: sȝ magis pfectio. Itẽ agẽs corporeũ nõ agit in re remota: nisi p hoc qđ agit in media. Sȝ aĩe & demones qñqȝ sunt extra locũ inferni. Cũ qñqȝ in hoc mũdo appareãt hoĩbus nec tñ sũt ĩmunes a pena. Et tñ uidem⁹ ꝙ oĩa ĩtermedia ab igne inferni nõ patiant̃: ergo uidet̃ ꝙ aĩe damnatoꝶ nõ patiant̃ ab igne corporeo inferni. Idẽ pbat̃ auctoritate Tertulliani in apologetico. i. ĩ libro defensionũ: capite. xlvi. dicẽtis: Ideo in iudicio repñsentabũt̃ & corpa: qa neqȝ pati quicq̃ põt aĩa sola sine materia stabili. i. carne & ꝙ oĩno de iudicio dei pati debẽt aĩe: nõ sine carne meruerũt infra quã oĩa egerũt. hec ille. Et Lactanti⁹ li. vii. c. xxi. dicit: Aĩe cũ in se nichil habeãt solidũ & cõtractabile a solidis & corpalib⁹ nullã uim pati pñt: sȝ qa in sol̃ spiritib⁹ uiuũt a solo deo tractabiles sũt: cui uirt⁹ & substantia spiritalis ẽ. Sȝ tñ docẽt nos sancte lr̃e queãdmodũ penas ĩpii sint laturi: nã quia pctã in corpib⁹ contraxerũt rursus carne induent̃: ut ĩ corpib⁹ piaculũ soluãt. hec ille. In oppositũ est fides & Lucas. xvi. loquens de epulone: qui uocabat̃ Tomtalus ut patet in collationibus patrum: collatiõe abbatis Panũtii: de quo epulone dicitur ꝙ cruciabatur igne inferni. Ad hanc questionẽ respondet̃ sub hac conclusiõe: ꝙ anima separata potest pati ab igne corporeo: & ab eo cruciari. Probat̃ autẽ sic ratiõe: Eadem est ratio de animabus separatis & de demonibus: sed demones patiunt̃ ab igne corporeo: ut patet Mathei. xxv. Ite maledicti in ignem eternũ qui pa-

ratus est diabolo & angelis eius: ergo & aīe separate ab igne corporeo pati possūt. Itē pena debet respōdere culpe: sed aīa p culpā & p prauā cōcupiscētiā se subicit corpori: ergo & iustū est ut in penā: rei corporee p passiōes subiciat. Vnde & gregorius. iiii. dial. dicit: Si diabolus & eius angeli cū sint incorporei corporeo igne sūt cruciandi: qd mirū si aīe anteq̄ recipiāt corpa possunt igne corporeo cruciari: q̄si diceret nō est mirū. Firmiter ergo tenendū ē q aīa sepata pati: affligi & cruciari possit ab igne corpeo. Sed circa modū quo pati possit diuersi diuersa sensere. Aliq eni dixerūt q aīa ab igne patiat uidendo solū ignē: s3 hoc est falsū: qa uisu3 ut uisū pfectio est uidētis. Alii dixerūt q aīa ab igne patiat imaginādo ipsū ut sibi nociuū. S3 hoc tenere ē hereticū: qa tūc pena īferni ignis: scđm ueritatē nō eēt realis: s3 apparēs & imaginaria. Alii dixerūt q aīa patiat ab igne alterādo ut puta recipiēdo ab igne calorē: ardorē: siccitatem: uel adustionē: qđ est falsū: qa tales passiōes sūt passiōes corporis & nō spūs. Iō T ho. ī. iiii. di. xliiii. declarādo dicit: Q đ ignis īferni cū sit uere ignis corporeus: nō tñ corpaliter aīas affligit. s. ut eas p modū corpis adurat: s3 spūaliter: & hoc q̄tuor modis. s. detinēdo: impediēdo: subiugando & inimicādo. Primo in detinēdo siue alligando: & hoc supnaturaliter concedit igni. Nā q̄uis res corpea possit spiritū īcorporeū loco diffinire: & spūs possit uniri corpi: sicut mouēs mobili: uel sicut locatū loco (Nam spūalis creatura loco diffinit ita. s. ī uno loco existēs & opans qđ nō in alio: eo mō quo incorpalia dicūt esse in

P

loco)nõ tñ põt res corpea:& p cõſequẽs ignis ĩferni na/
turaliter & ꝓpria uirtute ſpiritũ corporeũ loco diffini/
tũ detinere alligatũ ſic ĩ uno loco ꝙ ad alia loca nõ poſ/
ſit ſe diuertere. Cũ id qđ eſt minoris uirtutis:ut ẽ corpꝰ
ignis:nõ poſſit ſua uirtute ꝓpria ligare uel tenere id qđ
eſt maioris uirtutis.ſ.ſpiritũ & aĩam.Sʒ hoc ut ignis in
ferni teneat & alliget aĩam & ſpũs malos habet inquan
tũ eſt inſtrumentũ diuĩe iuſtitie uindicãtis:ut ipſũ ſpi/
ritũ & aĩam quodãmodo retineat alligatũ. Et ĩ hoc ille
ignis ueraciter eſt ſpiritui noxius:pʒ hoc exẽplo.Nã ui
demus ꝙ demões uirtute quorũdã uerboꝝ: qbuſdã cor
poribus alligãť:detrudũť & ſic patiũť.Ergo multo ma
gis aĩa detrudeť & alligabiť & patieť ab igne corpeo ut
inſtrumẽto diuĩe iuſtitie uindicãtis.Scđo mõ ignis cor
poreus infert penã aĩe retardãdo eã uel ĩpediẽdo ab exe
cutione ꝓprie uolũtatis.Sicut enĩ lapis diciť pati cũ im
pediť ne deorſum tendat.Et hõ diciť pati cũ detineť uł
ligať ne uadat quo uult.Ita ignis ĩferni ut inſtrm̃ diuĩe
iuſtitie tardãs uel ĩpediens aĩam ab executiõe ꝓprie uo
lũtatis.ſ.ne aĩa poſſit operari ubi uult:& ſcđm qđ uult
efficiť aĩe uel ſpiritui maxĩe penale.Et ponit btũs Tho.
exẽplũ btĩ Augu.xxi.de ci.dei dicẽtis:ꝙ ſicut aĩa ſpũa/
lis cõcipit & recipit ex cõiũctõe ad corpus naturalẽ ma
ximũ amorẽ:ſic aĩa ligata igni:& ab eo detẽta ex illa de
tentiõe maximũ cõcipit horrorẽ & dolorẽ.Tertio ignis
inferni infert anime penã ſubingãdo. Nã ſicut anima
uel ſpiritus p hoc qđ cõiungiť ſuperiori deo eſſentialiť
premiať.Ita per hoc ꝙ priuatur diuina uiſione:cõiun/
gitur & ſubditur rebus infimis.ſ.igni:& loco infimo &

abiectissimo terre astringit̃:ex hoc maxime affligit̃:patitur & angit̃. Quarto ignis infert penã aĩabus & spiritibus inimicando. Nã cum aĩa uidet & apprehendit ut nociuũ illũ ignem ut instrumentũ diuine iustitie uindicãtis:esse sibi nociuũ & p̃ cõsequens inimicũ interiori tristitia affligit̃ & anxiat̃:non ꝙ ille ignis noceat aĩe eo ipso ꝙ uidet̃ intellectualiter:quia nichil est cõtrariũ & contristabile intellectui in eo ꝙ aliquid intelligit̃ ab eo:sed fit cõtristabile inquantũ uidet̃ ut repugnãs uolũtati. Hec tangit Gregori⁹ in.iiii.dialogorũ. & Tho.iiii. contra gentiles.c.xc.& quolibeto.ii.&.iii.& in questionibus disputatis de anima.q.xxi. Nunc ad ratiões in opposituꝫ respondet̃:& ad primã sic: ꝙ licet aĩa spũalis simpliciter sit nobilior igne corporeo inferni:tñ scḋm ꝙ ille ignis est instrumentũ diuĩe iustitie cui⁹ uirtute operat̃ dici & fieri põt nobilior ipsa aĩa. Ad secũdũ dicit̃ ꝙ licet inter aĩam & corpus nõ sit aliquis cõtactus corporalis siue phisicus. Est tñ inter eos aliquis cõtactus spiritualis & uirtutis. Sicut & motor celi cũ sit spũalis spirituali cõtactu tangit celũ:moués ipsũ p̃ modũ quo dicit̃ cõtristans tangere:ut dicit̃ in prĩo de celo. & hic modus sufficit ad actionẽ. Ad tertiũ ŕndet̃ negãdo cõsequẽtiam dicẽdo ꝙ phũs & Boetius loquũt̃ de illa actiõe p̃ quã patiẽs transmutat̃ in naturã agẽtis. Talis aũt actio nõ est ignis in aĩam. Ad quartũ respondet̃:negãdo cõsequentiã: & ratio ẽ:qa assumptũ est uerũ de eo qḋ patit̃ ab agente p̃ modũ influentie. Ignis aũt in aĩam nõ agit p̃ modũ influentis:sed p̃ modũ detinẽtis ut dictum est.

P

Ad quintũ respondet᷑:ꝙ spũs dãnati nũq̃ sunt extra infernũ nisi ex dispensatiõe diuina:uel ad instructionem uel ad exercitiũ electorũ. Vbicũq; autẽ extra infernum sint:semp tñ uident ignẽ inferni ut eis in penã prepara tum. Vnde cũ ista uisio sit ĩmediate affligens ut dictuz est:ideo ubicũq; sũt spũs dãnati ab igne inferni affligũ tur:sicut & captiui extra carcerẽ existẽtes:a carcere quo dãmodo affligunt᷑ dũ uident se ad carcerẽ dãnatos. Vñ sicut gloria electorũ ĩ nullo minuit᷑:nec quantũ ad pre miũ essentiale:nec quantũ ad premiũ accidẽtale. Si ali quãdo extra celum empyreũ sint:qđ aliqualiter in eoꝝ gloriã cedit:ita in nullo damnatorũ pena diminuit᷑. Si aliqñ extra infernũ ad tempus ex diuina dispensatione ponant᷑. Et hoc est qđ dicit glo.sup illud Iacobi.iii.In flãmat rotã natiuitatis:Diabolꝰ ubicũq; sit siue sub aere siue sub terra secũ fert tormẽta suarũ flãmaꝝ. Obiectio aũt ꝑcedit ac si ignis corporeus affligeret spũs ĩmediate sicut affligit corpa. Ad auctoritates aũt sic respõdet᷑:& mo ad Tertullianũ dicit᷑ negãdo ꝙ demões & aĩe absq; corpe pati nõ possint ab igne corporeo: nã dei tanta est ptãs ut incorpalia queẽadmoduz uoluerit p se uel ĩ igne afficere possit & castigare modo a nobis inpceptibili & inenarrabili. Et cũ dicit᷑ ꝙ aĩe nichil sine corpe meruerunt ideoq; in corpibus ꝓpriis torqueri & puniri d.bebũt: hoc similiter negat᷑: nã ut dictũ est de mẽte Tho. pri.secũde.q.vii.Actus aĩe in merito uel demerito dupliciter ꝑcedũt actus corporũ.s.quo ad tẽpus & quo ad ualorẽ.nã quo ad tẽpus prius habetur ꝓpositũ benefa

ciendi uel malefaciendi q̃ illud executiõi mandetur: &
oĩs bonitas que aſcribit̃ actibus exteriorib⁹ corporũ: ex
uoluntate prius habuit originẽ & formã. Ad illud etiã
Lactantii reſpondet̃: negando in hoc Lactantiuȝ: ſicut
negat̃ etiam in ceteris erratis ſuis.

D Ecima queſtiũcula eſt: que differẽtia ſit inter ignẽ
iferni & ignẽ hui⁹ mũdi. Ad quã rñdet̃: ꝙ licet no-
bis ignotũ ſit in qua materia ſit ignis inferni ſiue ĩ ma-
teria ꝓpria ꝓut eſt in ſpera ſua in qua nõ lucet: ut dicũt
phi: ſiue in materia aliena. ſ. terreſtri ut in carbone: ſiue
aerea ut in flãma: ſiue ignita ꝑ uiolentiã ut pȝ in ferro: ſi
ue ignita ex naturali pricipio intriſeco: ut pȝ in ſulphu-
re: tñ in quacũqȝ materia ĩ inferno ignis inueniat̃ ſemꝑ
eſt idẽ ſpecie: quantũ ad naturã ignis ꝑtinet cũ noſtro:
ut dicit Tho. in. iiii. ubi ſupra. Inquantũ uero ille ignis
eſt inſtrumentũ diuĩe iuſtitie differt in multis ab igne
q̃ eſt apud nos. Primo. n. differt: q̃a ignis nr̃ naturaliter
urit: ſȝ nõ detinet. Ibi ligat & detinet ut dictũ eſt ſupra
Secũdo ignis nr̃ ẽ corruptibilis deficiẽte materia. ignis
inferni eſt incorruptibilis: q̃a in materia ĩmortali. ſ. aĩa
& corꝑe inconſũptibili ut dicet̃ ſtati infra. Tertio ignis
nr̃ ſuccenſore indiget & ſuccenſore nutrit̃: q̃a uiolenter
accendit̃. Ignis inferni ſuccenſore nõ indiget: nã flatus
dñi ut torrens flumĩs ſuccendet eũ: ut dicit̃ yſaie. xxx.
Nec lignis ĩdiget q̃a deus talẽ ei naturã indidit. Quar-
to ignis apud nos ſua luce delectat. Ignis inferni paruȝ
lucet & ad penã damnatorũ: ut. ſ. uideant ſua afflictiua
unde doleãt. Vnde pſal. Peccator uidebit & iraſcet̃ den

P

tibus zc. Quinto ignis nr̄ nō habet scd̄m uirtutē ppriā
q aliquos cruciat magis aut minus. Ignis inferni autē
cruciat scd̄m modū peccati: ut in modo sue actionis se-
quat̄ modū culpe: ut p3 in igne fornacis q in sua actiōe
modificat̄ ex industria fabri scd̄m q cōpetit ad effectu3
artificis. Vnde gregorius in .iiii. dialogorū dicit: Vnus
quidē est gehēne ignis: s3 nō uno modo oēs cruciat pec-
catores. Vniuscuiusq3 eni quantū exigit culpa tantum
sentiet̄ pena. Sexto ignis hui⁹ mūdi habet ardorē natu-
ralē nō infinitū intensiue: s3 ignis inferni respectu hui⁹
ignis hēt ardorē incōpabilē: primo ratiōe loci ifernalis
ubi est clausus & coartatus. Scd̄o rōne cōtrarii. i. frigo-
ris circūstantis: nā ex ppinquitate unius cōtrarii: alte-
rum contrariorū fortificat̄: sicut patet in aurora que ex
propinquitate aduentus sui contrarii. s. caloris radiorū
solarium: quod contrariū philosophi uocant anthipa-
ristasim: fortior facta gelu frigidior ē media nocte. Ha-
bet etiā tertio ignis inferni intensiorē ardorem ab igne
nr̄o inquātū ē instr̄m diuie iustitie. uñ pp hoc dicebat̄ a
Policarpo post Augm̄. in uita sci Sebastiani q ignis nr̄
& iferni ul̄ purgatorii differūt sicut ignis pict⁹ & uer⁹.

V Ndecima questiūcula est: An corpa dānatoꝝ post
iudiciū cōiuncta aīabus poterūt ppetuo incōsum-
ptibiliter ī ignē subsistere. Ad quā uidet̄ primo respon-
dendū negatiue: nā ut dicit phūs. vi. thopi. Oīs passio
facta magis abicit a substātia & cōtinua tandē cōsumit
Sed corpus humanū post iudicium iunctū anime cum
non sit incorruptibile p naturā ut corpora celestia. Nec

p gratiã ut corpus primorũ parentũ: Nec p gloriã sicut corpus xp̃i & electorũ post eorũ resurrectionẽ: ergo sequtur q tandẽ ab igne destruet̃ & corrũpet̃. Respondetur q circa hoc aliqui dixerũt corpa dãnatorũ ideo nõ consumi: quia exustio illa est intentionalis & nõ realis. Pro quorũ uerborũ intelligentia notandũ est q inter sensũ tactus & alios sensus est hec differentia. Nã in quatuor sensibus: uisus: auditus: gustus: & olfatus non est actio nisi intentionalis: in aure enĩ remanet sonus: nec tñ sonus ĩmutat aurem realiter. Similiter in uisu recipit̃ species coloris absq3 hoc q oculus realiter coloret̃: & sic de aliis duobus sensib9. In sensu aũt tactus utraq3 actio simul est. s. realis & intentionalis. Cũ enĩ aĩal calefit: calor remanet realiter in aĩali: & ultra hoc aĩal cõcipit calorẽ intẽtionaliter: ut habet̃. ii. de aĩa. Nec realiter posset aĩal pcipere intentionẽ caloris: nisi etiã calorẽ realiter recipet. Dicũt ergo isti q iõ corpa dãnatorũ ab igne nõ consumunt̃: quia ille ignis agit in eis intentionaliter tm̃: & nõ realiter. Et ex hoc uitat̃ corruptio eorũ: nõ tñ uitat̃ afflictio: quia dolor nõ est lesio sed sensus. i. sensitiua pceptio lesionis. ii. de aĩa. s3 hoc est falsissimũ. Sequeret̃ enĩ q aliquis sentiret exustionẽ q in rei ueritate nõ exureret̃. & sequeret̃ etiã q ibi nõ esset nisi intentio & imaginatio supexcessiui caloris & non realis exustio ignis: sicut apparet in freneticis qbus uidetur q aues ĩ aere uolãt: cũ tñ nõ uolant: & sic illa afflictio esset apparens & nõ existens: qđ est hereticũ. Dicendũ est ergo q actio caloris in corpa dãnatoꝝ est realis & intẽtionalis:

p

ſicut de ſenſu tactus dicebatᷣ. Nã corpa illa realiter ex-
urentᷣ nec dormient: aut in cõtemplatiõe rapientᷣ cũ ex-
urentᷣ: ſed pcipient leſionem & exuſtionẽ: & tanto pfun
dius quanto ille ignis aget ut inſtrumentũ diuine iuſti
tie: que exigit ut pena reſpondeat culpe: & culpe ppor-
tionetᷣ: ut dicitᷣ Apoca. xviii. c. Et cũ petitᷣ quomodo cõ
tinue exurantᷣ: nec conſũmuntᷣ aut corrũpuntᷣ. Reſpon
detᷣ & dicitᷣ: ꝙ principalis cauſa & prima huius eſt: uir-
tus & iuſtitia diuina. Iuſtitia enĩ diuĩa ſepat unã actio-
nẽ ab altera: cũ ſcd̃m naturã una ſine altera eſſe nõ poſ-
ſit. Separat enĩ corruptionẽ a cõtinua exuſtiõe: cũ ſcd̃m
naturã: omne qd̃ diu exuritᷣ corrũpitᷣ. Qd̃ etiã factum
fuit in rubo quem uidit Moyſes: Exodi. iii. & ĩ camino
ignis triũ pueroꝝ: Danielᷣ. iii. c. Alia ratio quaſi coadiu
uans poterit eſſe naturalis. ſ. quies motus celi quo qui-
eſcente nulla actio uel paſſio poterit eſſe in corporibus
ptinens ad tranſmutationẽ nature. Et ſic dicitᷣ ad dubi-
tationẽ: ꝙ cauſa incorruptionis corporũ nõ eſt natura:
uel gratia: uel gloria: ſed diuina uirtus & ordo iuſtitie
eius: quibꝰ etiã obtemperabit quies motus celi. Auctori
tas eſt ad hoc Gregorii ſup illud Iob. xx. Luet qui fecit
omnia: Cruciabitᷣ & nõ extĩguetᷣ: morietᷣ & ſemp uiuet
finietᷣ & ſine fine manebit. Cuius enĩ uita mortua fuit ĩ
culpa: neceſſe eſt ut mors ſemp uiuat in pena. Hec ille.

Quantũ ad exempla notandũ ꝙ nullũ corpus eſt qd̃
tandẽ nõ cõſumetᷣ ab igne: q̃uis quedã corpora ſint que
ad horã uel p paucũ tempus in igne pmaneant ſine le-
ſione aut corruptiõe. Vnde galienus dicit ꝙ ſalamãdra

licet aliquo tẽpore possit esse in igne: nõ tamẽ finaliter sine corruptione ibidẽ posset ꝑseuerare. Sic etiam patet de ebano. Augustin⁹ tamẽ. xxi. de ciuitate dei. ut declaret quomodo corpora damnatorũ semꝑ cremata & exusta nunq̃ consument̃ (uirtute dei operante) ponit aliqua que reperiunt̃ in natura que sub igne incorruptibiliter ꝑseuerant. Et primo ligna tina: nec uermẽ cõsumũtur: nec in aqua corrumpuut̃: nec in igne (ut dicit̃) cõburunt̃. Lapis preciosus Achades in igne positus ĩpassibilis & incorruptibilis ĩ igne ꝑmanet. Vnde semel accensus nec pluuiis nec uentis extinguit̃: & ardens nũq̃ consumit̃. Vnde dicit̃ ꝙ erat athenis phanũ ueneris in quo erant lucerne de dicto lapide: que nunq̃ aliqua intemperie extinguebant̃. Item aurũ quantũcũq; stet in igne nec ledit̃ nec corrũpit̃. Est quoddã genus uirgulti (dicit Aug⁹) quasi quedã radix semꝑ ardens: nũq̃ ueniens ad cõsumptionẽ. Montes ethne sicilie usq; hodie flãmis estuant & integri ꝑseuerãt. In legẽda sancti Nicolai habet̃ de quodã igne in quo si manũ apponas sentis ardoris afflictionẽ: sꝫ man⁹ nõ patit̃ cõbustiõis corruptionẽ siue destructionẽ. Cor hoĩs ueneno mortui semꝑ substat igni ĩcõsũptibiliter: ut dicũt medici: Carbo ligni uirtute ignis fit imputribilis ita ut nũq̃ putrescat in aquis. Itẽ latericius lapis prius mollis & dissolubilis: ĩ igne decoctus manet in aquis ꝑpetuo incorruptibilis: Q đ ergo natura tribuit supradictis quod ignis cõcedit carboni & latericio: multo magis põt deus dare corpori humano. Ad argumentũ autem philosophi dicit̃: ꝙ in-

telligitur de causa pura naturali. Hec Tho. in. iiii. dis. xliiii. & Scotus ibidem. & Iohãnes de blibia bononiensis in quolibetis.

D Vodecima questiũcula est: Quot penaruꝫ genera reperiunť in inferno. Ad quam sic respondeť: ꝙ in inferno inter alias: sunt octo pene. s. ignis inextinguibilis: uermis ĩmortalis: fletus cõtristabilis: tenebre palpabiles: fetor intollerabilis: stridor inestimabilis: aspectus demonũ horribilis. flagelluꝫ corporis. Prima pena est ignis inextinguibilis. Nam ignis inter alia elemẽta est maxime actiuꝰ. iiii. methaurorũ. Vnde a qualitate propria & naturali nõ potest alterari ut infrigidetur. Sicut aqua potest calefieri: & ideo maxime ponitur ignis pena gehẽnalis: & est inextinguibilis: quia sicut culpa in in inferno nunq̃ poterit expirari uel remitti: ita & pena anime & corporis ex parte ignis nunq̃ poterit terminari. Secũda est uermis ĩmortalis: de quo ysaie. lxvi. Vermis eorũ non morietur. Qui uermis nõ intelligitur corporaliter: quia post diem iudicii innouato mũdo nõ remanebit aliquod corpus mixtum: uel aliquod aĩal nisi tm̃ corpus hoĩs. Sed ĩtelligiť de uerme spũali. i. remorsu cõscientie: q remorsus cõsciẽtie ita oriť ex putredine peccati & affligit puniẽdo aĩam. Sicut uermis corpalis oriť ex putredine ligni & affligit puniẽdo corpꝰ. Tho. in. iiii. d. l. Tertia pena est fletus cõtristabilis Mathei xxii. Ibi erit fletus & stridor dentiũ. Vbi notandũ ꝙ in fletu corpali sũt duo. s. lachrymarũ resolutio: & hoc nõ erit post diem iudicii: quia tũc cessante motu celi nulla

generatio uel alteratio erit. Secũdo in fletu corporali ẽ capitis & oculorũ turbatio: & hec erit in die iudicii & ĩ aĩa & in corpe. Nã aĩa maxime affliget: & corpus ĩmutabit in bonũ: ut in beatis. & in maluȝ ut in dãnatis ab aĩe passione. Tho. ubi supra. Quarta sunt tenebre palpabiles Mathei. xxii. Ligatis manib⁹ & pedib⁹ mittite ĩ tenebras zc. Licet enĩ infernus quantũ est ex se sit locus tenebrosus: eo ꝙ in medio terre situs: ubi nõ põt esse nisi ignis turbidus & quasi fumosus. Tñ ex diuina dispẽsatione ẽ ibi aliquid lumĩs sub quadã umbrositate: que sufficit ad uidendũ illa que aĩaȝ & corpus torquere pñt Vnde infernus dicit terra miserie & tenebrarũ. Iob. x. Tho. ubi supra. Quinta est ibi stridor ĩestimabilis Mathei. xxii. Stridor dentiũ qui erit ibi corpalis. Nam stridor nullã importat resolutionẽ sicut effusio lachrymarũ. hoc dicit Petrus de taranta. in. iiii. di. l. Vnde greg⁹ dicit: Eicient in tenebras exteriores ut illic dentes strideant: qui hic de edacitate gaudebãt. Sexta est fetor intollerabilis: Ioelis. ii. Ascendit fetor eius: & ascendit putredo eius: quia supbe egit. hic aũt fetor noĩe sulphuris designatur. Vnde psal. Pluet super peccatores laqueos ignis sulphur & spũs ꝓcellarũ. Nã ignis respondet concupiscẽtie & ardori peccati. Sulphur respõdet fetori uoluptatis. Spũs ꝓcellarũ respondet strepitui ꝑpetratiõis peccati. Septima aspectus demonũ horribilis. ubi notandũ ꝙ demones in natura sua & decore apparere non possũt dãnatis in inferno siue in purgatorio: sȝ apparẽt in corporib⁹ assumptis in aliqua uisiõe sicut deo placet:

cũ tali & tanta deformitate q̄ uidẽtes illos in tali aspe-
ctu maxime deterrent & cõtristant. Vnde tantus ẽ hor
ror in eorũ aspectu q̄ nullus sine adiutorio dei ĩ hac ui-
ta etiã quantũcũq; sanct⁹ possit illũ uidere & tollerare:
ut patet de beata uirgine. & dicet infra in. iii. decade in
ultimo Octaua pena est flagellũ. ꝑuer. xix. ca. Mallei
ꝑcutiẽtes stultorũ corꝑib⁹. Vbi notandum q̄ demones
cũ sint incorporei: motu tactus nõ oꝑant ĩmediate ĩ ali
quod corpus a se distans: s; utendo qbusdã corꝑib⁹. Vñ
sicut angeli utunt ad aliquos corꝑales effectus aliquib⁹
seminib⁹ in qbus sunt uirtutes alique naturales: ex qui
bus aliqui effectus celeriter ꝓducunt: ut dicit Aug⁹. iii.
de ciuitate dei. Ita etiã faciũt demones cũ motu tactus
aliqd oꝑant. Hec Tho. q. xvi. de spũalib⁹ creaturis. De
istis octo generib⁹ penarũ sũt uersus uidelicet. Vermes
& tenebre flagellu; frigus & ignis. Aspectus demonis
scelerũ confusio luctus. Quibus penis dicit beat⁹ Aug⁹
xi. de ciui. dei. correspondẽt octo genera penarũ que po
nit Cicero in de legib⁹ qbus malefactores puniũt in mũ
do. s. dãnũ. uinculũ: seruitus. uerbera. talio. ignominia.
exiliũ. mors. Per dãnũ in mũdo tollũt diuitie. Per uin-
cula & seruitutes tollit libertas. Per uerbera tollit inco-
lumitas corꝑis. Talio ꝑ quã patit qlibet qđ alteri fecit.
Ignominia ꝑ quã tollit fama. Exiliũ ꝑ qđ tollit patria.
Mors ꝑ quã tollit uita. In inferno autẽ damno respõdet
pena dãni. i. priuatio uisiõis diuĩe: cũ priuatiõe gr̃e: glo
rie: & misericordie ei⁹: nõ solũ in re: s; in spe. Vnde ysaie
xxx. Nõ remãebit de fragmẽtis ei⁹ testa ut hauriat parũ

aque de fouea.s.diuie mie:aut deportet igniculus de in cēdio.s.charitatis. Pene uinculorū corrndēt ligatio manuū & pedū.i.qa manus nō pnt bn facere nec pedes & affectiōes bn uelle ut dicit greg⁹. Pene uerbeꝝ rndēt i inferno mallei demonū mālitet:ut dixim⁹.ul spūaliter.i. ꝑ uerbo xpi dicētis:Ite maledicti i ignē eternū. Pene talionis rndet eqlitas penarū. Apoca.ix.quātū se glorificauit i delitiis:tantū ei date tormentū & luctū. Qđ uerbū.b. Tho.exponit ꝙ quātū & tantū nō iportāt eqlitatē quātitatis:sꝫ ꝓportiōis. Pene ignominie rndet i iferno cōfusio oīuꝫ electorū.ysaie.xiii. Facies cōbuste.s.a cōfusione uultus eorū. Pene exilii respōdet cecitas cordis:& mors dānatiōis. Vnde Greg⁹.Interiores tenebras dicimus cecitatē cordis. Exteriorē uero eternā mortē dānationis. Pene seruitutis correspōdet tribut⁹ penarū Trenī. primo. Princeps ꝓuintiarū facta est sub tributo. Nā dānati sūt sub tributo penarū. Semp enī emūt nūq̄ tn̄ soluūt. Pene mortis rndet mors secūda.i.sine morte dānatio.s.ꝑpetua ubicūqꝫ aīe & corpis sine fine. Sūt aūt etiā i iferno alie pene.s.transit⁹ ab aquis ad ignē. Iob.xxiiii. Transibūt ab aqs niuiū ad calorē nimiū:q quidē transitus non dicit interpollationē inter penā ignis & penā aque:ut qnqꝫ patiant penā aque:qnqꝫ patiāt penā ignis: sicut hic i mūdo. Sꝫ ibi utraqꝫ pena erit cōtinua:qa culpa eoꝝ est ibi ꝑpetua: Vn̄ greg⁹ dicit sup hoc in mortal. ꝙ pena aque debet ꝓpter timorē male humiliātē. & pene ignis ꝓpter amorē male inflāmantē. Vn̄ transit⁹ ille nō dicit ordinē uel interpollationē:sꝫ cōtinuitatē & ua-

p

rietatē penarū:pp uarietatē & cōtinuitatē culpaꝝ. Erit etiā ibi decima pena.s.mors sine morte. Vñ dicit Apocali.ix. Vocabūt mortē & mors fugiet ab eis: que mors erit i ppetna diuisiōe malorū a deo: & eorū ppetuis penis gehēne aliarūq; penarū. Vñ greg⁹ dicit: Erit miseris mors sine morte. Finis sine fine. Defectus sine defectu. Nā mors ibi semp uiuit: & finis semp incipit. & defect⁹ deficere nescit. Hec Aug. xi. & .xxi. de ci. dei. & greg. ix. moral. & Tho. sup illud Iob. x. Dimitte ergo me ut zc.

T Ertiadecima questiūcula ē: Si p suffragia uiuoꝝ fideliū minui: uel abbreuiari possit pena īferni. Ad quā rñdēt aliq ꝙ sic: antiq̄s & abolitas positōes suscitare cupiētes. nā primo arguūt sic: qa. ii. Macha. xii. dicit̃: ꝙ īuenerūt sub tunicis interfectorū de donariis idoloꝝ: a qbus lex ꝓhibet iudeos. & tñ postea subdit̃: ꝙ iudas collectione facta. xii. milia dragmas argenti iussit ierl'imā offerri ibi ꝓ pctis mortuoꝝ. Cōstat aūt ꝙ illi peccauerāt mortalit̃ cōtra legē agētes: & ī pctō illo decessisse: & p cōsequēs fuisse ī īfernū dānatos: ergo suffragia ꝓsūt ī inferno dānatis. Scḋo sic: qa Aug. ī encheridiō dicit: ꝙ qbus suffragia ualēt ad hoc ꝓsūt: ut uel plena sit remissio: uel ut tollerabilior sit eoꝝ dānatio. Sꝫ solū q in inferno sūt: dānati dicūt̃: ergo existētibus ī īferno dānatis suffragia ꝓsūt. Tertio Diony. ultio. c. eccle. ierar. sic inqt. Iustoꝝ orōnes & scḋm hanc uitā magis q̄ post mortē iis qui digni sunt sacris oratiōibus operant̃ tm̄modo. Ex quo uidetur colligi posse: ꝙ suffragia magis profunt mortuis q̄ uiuis: sed uiuis ꝓsunt in peccato mortali existentibus

Nã ecclesia orat ꝓ peccatorib⁹: ꝓ hereticis: iudeis: paga-
nis zc. ut cõuertantᷣ: ergo & mortuis in peccato mortali
suffragia ualẽt quos ĩ inferno dãnatos: si ita decesserũt
certũ est. Quarto qa in uitis patrũ legitᷣ: & ponitᷣ etiã
a Damasceno in quodã sermone qꝫ. b. Machari⁹ inuenit
caput cuiusdã defuncti in uia: & orõne ꝑmissa ut sciret
cuius caput fuisset. Illud responsũ dedit: qꝫ fuerat cuius
dam sacerdotis gentilis: qui in inferno dãnatus erat: &
tñ ibi cõfessus est oratione Macharii: se & alios iuuari.
Quinto ut Damascenus recitat in eodẽ sermõe. grego-
rius ꝓ Trayano imꝑatore orationẽ fundẽs: audiuit uocẽ
sibi diuinit⁹ allatã: Vocẽ tuã audiui & ueniam Trayano
do. Cuius rei: ut ibidẽ Damascenus dicit: testis est oriẽs
oĩs & occidens. Sed constat trayanum in inferno fuisse
damnatũ: qa crudelẽ necẽ multorũ martyruꝫ instituit
ut dicit ibidẽ Damascenus: ergo suffragia ꝓsunt existẽ-
tibus in inferno. Sexto qa sicut se hñt beati ad gloriã:
ita dãnati ad penã: sed beatis saltẽ usqꝫ ad diem iudicii
suffragia ꝓsunt ad gloriã augmentandã: ergo & dãnatis
ꝓdesse possent ad penã minuendã. Minor ꝓbatᷣ: nam ĩ
collecta quadã dicitᷣ: Vt sicut sanctis tuis ꝓsunt ad glo
riã: ita nobis ꝓficiãt ad medelã. Item in secreta oratione
de sancto Leone in antiquis ita habebatᷣ: Annue nobis
dñe ut aĩa famuli tui Leonis hec ꝓsit oblatio. ut habetᷣ ĩ
ca. cũ marthe. de celebratiõe missarũ. Septimo quia si-
cut non repugnat statui beatitudinis qꝫ augeatᷣ premiũ
accidẽtale usqꝫ ad diẽ iudicii: qđ ẽ gaudiũ de bono ope.
Ita nõ debet repugnare statui miserie & finalis dãnatio

nis q̄ diminuat̄ pena accidẽtalis: que est remorsus con-
scientie siue dolor de malo ope inquantũ est causatiuũ
pene: sꝫ btīs accrescit gaudiũ accidentale: qa dicit̄ Luce
xv. q̄ gaudiũ est angelis dei sup uno peccatore peniten
tiam agẽte: ergo & dãnatis põt minui pena accidẽtalis:
siue cõsciẽtie remorsus. Crescit aũt gaudiũ beatis p ipsa
suffragia: ut in priori argumẽto adductũ est: ergo & dã-
natis similiter decrescit aliqs dolor p eadẽ: & sic eis ꝓde
runt. Octauo Aug⁹ in encheridiõ dicit: q̄ cũ sacrificia
altaris siue quarũcũqꝫ elemosynarũ ꝓ baptizatis oĩbus
offerunt̄: ꝓ ualde bonis sũt gratiaꝝ actiões: ꝓ nõ ualde
malis ꝓpitiatiões: ꝓ ualde malis nulla sunt adiumenta
mortuorũ: sed qualescũqꝫ uiuorũ cõsolatiões. Quib⁹ ue-
ro ꝓsunt: ad hoc ꝓsunt: ut uel plena sit remissio: uel tolle
rabilior sit eorũ dãnatio. Ex quib⁹ uerbis magistri i. iiii.
di. xlv. & textus in. c. cũ marthe. de celebratiõe missaꝝ.
§. finali. elicit̄ q̄ sacrificia altaris zc. ualde malis nõ pro
sunt: & similiter ualde bonis: ĩmo iniuriã facit martyri
qui orat ꝓ eo: cuius potius orationib⁹ cõmẽdari debuit:
ut dicit Aug⁹ & textus ibidẽ. Sed ꝓsunt mediocriter bo-
nis ad expiationẽ: & mediocriter malis ad pene mitiga
tionẽ: sed mediocriter mali sunt dãnati: ergo. Minor de
clarat̄: quia p distinctionẽ illã quadrimẽbrem nõ uide
tur aliud posse intelligi nisi q̄ ualde boni sunt illi: qui
post mortem statim uolauerũt ad celũ. Valde mali sũt
infideles qui nunq̄ fuerũt de gremio ecclesie: nec nume
ro: nec merito. Mediocriter boni q aliqua secũ crimina
lia ĩ purgatorio defert: & hiis ꝓsũt ad pene absolutionẽ.

Q Varta questiũcula est: Si anime damnatorũ ante & post iudiciũ uideant deum:angelos & beatos & eorũ gloriam. Ad quam sic respondet̃: q̄ aĩe damnatorz usq; ad diem iudicii uidebuut animas beatoruz & eorũ gloriam in uniuersali:& nõ in particulari. Videbũt enĩ eos in magna & inestimabili gloria:Sed nõ ĩ quali:que uisio est potius p modum argumentationis & cognitionis q̃ uisionis. Sicut pauperes extra domum epulantiũ delectationes eorũ cogitant:tamen in pticulari quid comedant nesciunt. De huiusmodi autẽ uisione nõ letantur: sed tristant̃:tum ppter inuidiam aliene felicitatis: tum ppter carentiaz pprie beatitudinis quam ipsi perdiderunt:de quibus dicit̃ Sapientie. v. Videntes turbabunt̃ zc̃. Post iudicium autẽ ita ad pprias penas eorum cogitatio deflectetur:q̄ de sanctorũ gloria nõ poterunt cogitare. Hec magister sñiarz in. iiii. di. l. in fine. Sanct⁹ Tho. autẽ dicit:q̄ damnati post diẽ iudicii omnino uisione beatorũ priuabunt̃. Nec tamen ex hoc eorũ pena minuet̃:sed augebitur:quia memoriã habebunt glorie beatorũ quam in iudicio uiderũt:uel ante iudicium:& hoc erit eis in tormentuz. Sed ulterius affligent̃ in hoc

q̄ uidebunt se indignos reputari etiã uidere gloriã quã sancti merent̃ habere. Hec Tho. ubi supra.

O Ctauũ caput principale huius prime decadis est de pfectione anime rationalis rapte uel in extasim posite: sub quo septẽ questiões absoluẽt̃: quarũ quelibet infra suo ordine notabit̃

P Rima questio octaui huius capitis est: Si aĩa rapta uel abstracta a sensibus possit ex natura sua diuĩare uel futura cognoscere: sub qua septẽ questiũcule soluent̃: quarũ quelibet infra suo ordine enucleabitur.

P Rima questiuncula prime questionis huius octaui capitis est: si diuinatiões in aĩabus raptis insint eis a natura. Ad quã primo uidet̃ respondendũ q̄ sint animibus raptis naturales: quod pbat̃ ratione: auctoritatibus & exemplo. Ratione primo sic: Cognitio intellectiua hominis efficatior est q̄ cognitio brutorum animaliũ: sed quedã animalia naturaliter cognoscũt quedam futura: sicut cornicule crocitãtes significãt pluuiã mox futurã. Vnde Virgili⁹ primo georgicorum dicit: Et cornix rauca pluuiã uocat ĩproba uoce. ergo multo magis anima rapta naturaliter poterit futura cognoscere & diuinare. Ad hoc est auctoritas Augustini. xii. cõfessionũ dicentis: q̄ aĩa hũana qñ appropinquat ad mortẽ p̄cognoscit quedã futura subtilitate nature sue. & .xii. sup geñ. dicit: q̄ aĩa hũana scd̃m q̄ a sensib⁹ abstrahit̃ cõpetit futura p̄uidere. Vnde uulgo dicit̃ q̄ moriẽtes: uehemẽter amãtes: dormiẽtes rapti: frenetici futura ñnũq̄ diuinãt̃

P

Item greg⁹.iiii.dial.c.xxvii.dicit: ꝙ ipsa aĩa hoĩs subti-
litate nature sue: exitura de corpe quedã futura diuinat
& preuidet: & ponit exemplũ ibidẽ de quodã monacho
(monasterii sui ĩ urbe: sci Andree uel sci Gregorii) noĩe
Gerõtio: q depressus graui molestia corpis: uidit albatos
uiros ad se descẽdere dicẽtes: Ad hoc uenimus ut de mo
nasterio gregorii quosdã frẽs in militiã mittam⁹.s.Mar
cellũ: Valentinianũ: Angelũ: & te etiã Gerontiũ q nos
aspicis. Quã uisionẽ ad se redditus: illis tribus declara-
uit: qui oẽs eodem ordine tũc mori ceperũt: quo fuerãt
in descriptione noĩati. Sed incontrariũ est Ecclesiastes
viii.dicens: Multa hoĩs afflictio quia ignorat p̄terita: &
futura nullo mõ scire põt. R̃ño dicẽdũ ꝙ de diuinatiõe
ab aĩa rõnali futuroꝝ: multiplex est modus dicẽdi. Phĩ
enĩ naturales dicũt ꝙ huiusmodi diuinatiões fiũt q̃nq;
p ĩpressionẽ causaꝝ supioꝝ corpaliũ. Manifestũ ẽ enĩ ꝙ
corpa supiora ĩprimũt ĩ corpib⁹ inferiorib⁹. Vnde cũ ui
res sensitiue sint actus corpaliũ organoꝝ: cõsequẽs ẽ ut
ex ĩpressiõe celestiũ corpoꝝ ĩmutet quodãmodo fanta-
sia. Et cũ celestia corpa sint cause multorũ futuroꝝ fiũt
in imaginatiõe aliq̃ signa quorũdã futuroꝝ. hec autem
signa magis pcipiunt in nocte a dormientib⁹ q̃ a uigilã
tibus in die. Nam ut dicit phũs libro de somno & uigi
lia: que deferunt de die dissoluunt magis: plus est enĩ si
ne turbatiõe aer noctis: eo ꝙ silẽtiores sũt noctes: & in
corpe faciãt sensũ pp somnũ: qa pui motus ĩteriores ma
gis sentiũt a dormiẽtib⁹ q̃ a uigilantib⁹. Hii uero mot⁹
faciũt ex qb⁹ p̄uident futura. Est secũdus de diuinatiõe

dicendi modus:dñi Alberti in cõmento libri de sono & uigilia:q dicit:ꝙ sicut lumē radioꝝ stellaꝝ:cõicatū elementis:causat in elemētis quādā uirtutē actiuā ad multos effect⁹:quos elemēta ꝑ se ꝓducere nō potuissēt(sicq; elemēta fiūt instrumēta stellarū)Sic etiā celestes intelligentie.i.angeli: organis nostris purificatis influūt intrinsecas uirtutes: qbus ea que fiūt a remotis & futura sepius uaticinant᷑:qᵈ fieri solet in aurora qñ digestione cõpleta:fumi a stomacho ad cerebrū nō ascendunt. Est & tertius cõmunis de diuinatiõe dicēdi modus theologorū dicentiū:ꝙ reuelatiões & diuinationes aïarū:qñq; ꝓcedunt ex naturali dispositiõe:qñq; demonū ostensione:qñq; diuina reuelatiõe. Primo mō quādo aïa appropinquat ad ipsā mortem ꝑcognoscit quedā futura subtilitate nature sue:quod nō sic est intelligendum:quasi aïa ex natura sua aliquā uim habeat diuinatiõis:nā modus naturalis cognoscendi anime cõiuncte est accipere cognitionē a sensibus:& nō cognoscere futura abstracta a sensibus:ut dicit Tho.pri.pte. Sed dicit᷑ anima i morte diuinare & precognoscere futura: quia cum ipsa abstrahit᷑ a corpore & a corporeis sensibus aptior redditur ad ꝑcipiendū subtiles motus & influxum : uel diuinuꝫ aut substantiarū separatarū uel corporū celestiū. Secūdo fiūt quandoq; hoïbus reuelatiões ex celestiū corporū impressione:ut dictū est supra a philosophis. Tertio fiunt ex demonū ostensione. Cum enim intellectus demonum sit superior ordine nature intellectu humano: quedā cognoscunt demones etiā sua naturali cognitiõe

que sunt remota ab hominũ cognitione: & talia possũt hoibus reuelare: ut in tertia decade infra dicet. Quedã reuelatiões fiunt ex diuina inspiratiõe: sicut dicit Dañ. ii. Est deus q reuelat misteria de celo. Reuelat aũt deus secreta sua hoibus: siue p seipsum: siue per angelos suos multis modis: uidelʒ p somniũ: p uisioné: p oraculũ: per mentis illustrationé: & p mentis excessuʒ. Primo modo p somniũ: cũ dormiẽdo aliquid reuelat nobis: p ĩpressionem formarũ imaginabiliũ & illud qđ reuelat: tegit figuris & uelat imaginib9: ut cũ Iacob dormiẽdo scalam uidit: geñ. xxviii. Visio est cum in uigilia aliqd reuelat p ĩpressioné formaꝝ imaginabiliũ: & eo ordine eueniũt quo apparuerũt. Sicut uisio ysaie de qua dicit. vi. eiusdem: Vidi dñm sedentẽ sup soliũ excelsum. & uisio Danielis sup ebdomadib9. Oraculũ est cũ ĩ somnis xp̃s uł angelus: pater: aut mater: uel aliquis sanctus uel sancta psona aliqd aperte uenturũ aut nõ: uitandũ uel faciendũ denũciat: & sic fuit somniũ Ioseph Mathe. i. & somniũ pincerne Pharaõis. Et huiusmodi oracula solẽt fieri in aurora qñ digestio cõpleta est: & fumi a stomacho ad cerebrũ nõ ascendũt: que oracula nõ indigent interpretatione si fiũt doctis sicut fuit Ioseph uir Marie. Et Lucianus cui apparuit sanctus gamaliel. Si autẽ fiant indoctis indigent reuelatiõe: sicut illud pincerne Pharaonis qđ Ioseph interpretat9 est. Et dicũt somniorũ interpretes: q oraculis prestãda est fides: si nõ sint illusiones demonũ: quas sancti uiri ut dicit greg9 in dialogis: Intimo sapore discernũt: Mentis illustratio est: ut dicit

Isidorus·iii·ethimologiarum: Plenitudo spūssancti p̄ quā deus apostolis reuelauit secreta sua scdm illud apostoli: Nobis autē reuelauit de⁹ p spiritū sanctū. & Actuū·ii· Repleti sunt oēs spiritu sancto· Quibusdā autē reuelat deus secreta sua p̄ mentis excessum siue extasim aut raptum: sicut uidit Petrus uas submissū de celo cū uariis aialibus·Actuū·x·Sicut fuit extasis siue scdm aliā trāslationē sopor Ade: de quo infra diffusius declarabitur· Reuelat postremo deus secreta sua qbusdā p sensibiliū signorū expressionē: siue p̄ rem corporeā extrinsecus apparentē: sicut Moysi p̄ nubē loquebat deus: uł p̄ uocem exterius sonantē: sicut Abrahe insonuit dicēs: Ne extendas manū tuā·geñ·xxii·Siue p̄ parabolā mystice significantē·i· p̄ uocē quasi hoīs formatā cū similitudine alicuius rei: sicut Balaā: Numeri·xxiii·Accepta parabola ait zc·Ad Augustinū & gregoriū q uident rōne: auctoritatibus & exemplo tenere diuinatiōes inesse aīe a natura ut adductū fuit in fronte hui⁹ questiūcule·Rñdet & dicit cū Tho·pri·par·q̄ Aug⁹ loquit ibi nō assertiue: sed recitando opinionē platonis: q posuit aīam accipere cognitionē rerū scdm p̄ticipationē ydearū: quā p̄ticipationem melius recipit abstracta a corpis sensibus·s·dormiendo: aut in morte·Greg⁹ etiā nō intelligit diuinationem inesse aīe a natura: sed p̄ reuelationē ut dictū est in corpore questionis·Hec Tho·pri·p̄te·q·lxxxvi·& intra questiunculā adducti·

S Ecunda questiūcula est: Vnde causat in aīabus extasis siue raptus· Ad quā sic respondet: q̄ cum in

p

extasibus sopiant uires iferiores & aia sepe administra-
tione corpis suspedat. Ideo sciendu est q in hoie e triu
uirium naturalis ordo & ad iuice conexio. s. uirtutis na
turalis: aialis siue sensitiue & itellectualis. & de coi cur-
su uirtus naturalis seruit aiali: & aialis siue sensualis ser
uit uirtuti intellectuali. Na uidem q uirtus naturalis
indiget in suis opationib calore & spiritib que a corde
originaliter pcedunt & diffundunt per oia organa sen-
suum: & manifestu e etia q illis organis interius & ex-
terius magis laborantib: natura ibi de illis magis dif-
fundit: & sic uno modo contingit illa organa in excessu
actuatiois uirtutis sensitiue distrasiari ul discrepari. Et
iter spirit naturales qbus indiget uirtus digestiua ex-
terminat uel deficit pp multitudine generationu spiri-
tuu sensitiuor. Ex quo p quo uehemes & fixa & pfun
da actuatio uirtutis sensitiue iterioris sopire pot sensus
exteriores: & similiter debilitare uires naturales pp illa
ru uiriu conexione. Ex hoc primo sequit secundu. s. q
ois uehemens intellectualis spirituu contemplatio in q
fantasia uel interior sensitiua excessiue laborat natura-
les uires eneruat & soporat sensus exteriores: & sepe in-
ducit extasim uel raptum: q si in uehementi & intensa
seu excellenti pure intellectuali cotemplatioe uires sen
sitiue no laborarent aut nulla dependentia haberent ui
res naturales & animales: uel no impedirent: hoc opor
tet prouenire aliunde q ratione dicta connexionis. Hec
Henricus de Assia super genesim.

T Ertia questiũcula est: quotuplex est gradus extati/
ce cõuersionis in deũ seu cõtemplationis spũaliũ.
Ad quã respondet ꝙ quadruplex. Primus cũ aĩa ꝓpter
uehementissimã intentionẽ & eleuationẽ uirtutis intel
lectiue in illa spũali pura & excellentissima cõtempla/
tione dei suspendit & relinquit corpus quo ad oẽs opa/
tiones sensuũ exteriorũ & interiorũ & actionũ oĩuꝫ na/
turaliũ uiriũ: & hic gradus extasis primus fuit in Adã:
de quo dicit quedã glosa: ꝙ sopor ille diuinitꝰ ei imissus
uires rationales nõ clausit. Sꝫ obturatis siue sopitis cor
poris sensibus mentis oculos aperuit limpidius ut scire
posset quid erga se ageret omniũ artifex sapientia dei:
& quid in ꝑteritis fecerit: & de longissime futuris factu
ra esset. Hunc primũ gradũ ascẽdit beatus Paulus qui
nesciuit an aĩa uegetaret corpus an corpe relicto in pa/
radisum rapta esset: uel etiã forte simul in uno loco ue/
getaret: & cũ hoc realiter in celo empyreo esset. Secũ/
dus gradus extasis est in quo aĩa relinquit corpus quo
ad oẽs opationes sensuales interiores & exteriores licet
nõ suspendant opationes naturales sicut in primo gra/
du. Tertius gradus est in quo aĩa in cõtemplationẽ in/
tellectualiũ rapta solũ relinqt corpus quo ad actuꝫ sen
suũ interiorꝝ. Quartus gradus est & infimus qñ sopiun
tur solum sensus exteriores p intensam actuationẽ sen/
sus interioris simul & intellectus & rationalis effectus.
Causas harꝝ extasium Ricardus de scõ Victore libro de
cõtemplatiõe reducit in tria genera dicẽs: Tribꝰ de cau
sis ut michi uidet in mentis excessum adducimur: quia

P

uel ex magnitudine exultationis fit ut mens qn̄q̄ ſic ſe metipſam nō capiat: & ſupra ipſaꝫ eleuata uires inferiores ſopiant̃. Magnitudine ergo deuotiōis aīa tanto eleuat̃ quāto diuino amore & charitatis deſiderii igne ſuccendit̃ & reſoluit̃: ut quaſi fumus eleuet̃. In ſūma magnitudine uero admiratiōis aīa in extaſim rapit̃: qn̄ in admiratione ſūme pulchritudinis aut diuine mageſtatis ſuſpenſa tā uehemēti ſopore cōcutit̃ ut a ſuo ſtatu penitus excutiat̃. Magnitudine gaudii ul̃ iocūditatis aīa rapit̃ qn̄ illa intimo amoris ſuauitatis habundantia inebriata: qd ſit: qd fuerit penitus obliuiſcit̃: & ſup mundanū quendā effectū ſub quodā noſtre felicitatis ſtatu raptim tranſformat̃. Ex quibus patet ꝙ aīa ꝑ ſtatu uie pōt tm̄ eleuari ad exceſſum cōtemplatiōis pure intellectualis ꝙ intellectus nō utet̃ miniſterio fantaſtice ſenſitiue interioris uel exterioris cū ſopitione uiriū inferiorū animaliū & remiſſione naturaliū: ut patet in uiatoribus exceſſiuis. ſ. in Adā in ſtatu nature ĩtegre: & Paulo apoſtolo & quibuſdā aliis. Hoc patet: quia intellect⁹ eorū ſeparat̃ a fantaſmatib⁹ quorū nullū eſt tante eminentie ut poſſit diuinā eſſentiā repreſentare. Nec etiam aliqua intellectualis ſpecies creata: ĩmo etiā in illa clara dei uiſiōe mens ita rapit̃ ut nichil ꝑ tūc ꝑcipiat aliud nec ſenſitiue nec intellectiue. Vnde talis uiſio tm̄ alienauit beatū Paulū & opationē anime eius in corpus taliter ſuſpendit: ꝙ neſciuit an etiā anima corpus animaret uel ſepata eſſet. Propter que dicit Tho. ꝙ impoſſibile eſt ꝙ homo in ſtatu uie uideat clare deū ꝑ eſſentiam

sine abstractiōe a sensibus aut sine extasi aut raptu quo sopiant̄ uires aīales. Vnde & Exodi dicit̄: Non uidebit me homo & uiuet. Ex quibus patet ꝙ cū Adam & Paulus eundē gradū primū extasis habuerit: & ergo eq̄les intensiue (Nō aūt forte extēsiue) theologi cōstituti sūt. Hec Henricus de Assia sup genesim.

Q Varta questiūcula est: An Plato & Aristoteles potuerint naturaliter tantā theologiā acq̄rere: quātā Adam & Paulus in extasim positi. Ad quā respondent aliqui opinatiue: ꝙ Adam & Paulus nō fuerūt maiores philosophi Platone & Aristotele. & isti tenēt ꝙ intellectus in corpe manens potest se sine adminiculo & actione uirtutis sensitiue seu fantastice reducere in contemplationem pure intellectualem scientie: & se actuare respectu specierū & habituū quos alias intellexit. Et probant hoc primo: quia nō uidetur nobilis uirtus intellectiua magis dependere in reductione ad suum actum a uirtute sensitiua interiori: q̄ ipsa sensitiua interior a sensibus exterioribus: sine quorū tamen actionibus sepe interior sensus exit in actus suos: sicut in somnis manifestum est. Item nō uidet̄ uerisimile ꝙ ista nobilis natura intellectualis esset a creatore deo tam misericorditer illis corporeis uiribus sensus alligata ꝙ sine earū actuatione in nullum actum cognitionis posset se reducere: & ꝙ per nullum exercitiū in cognoscendo & intelligēdo posset acquirere in sui natura species intelligibilium & habitus ꝑ quos suspensa omniū actuatione sensitiuarū uiriū pure intellectualiter aliquid celestiū uel aliorum

P

cognoscere posset. Item in statu nature integre seu ino-
centie talis modus cognoscendi & contemplandi pure
& intellectualiter uidetur utiq; possibilis fuisse: sicut &
in statu corporis glorificati: pro quo statu forte intelle-
ctus licet informabit corpus: tamen in nullo iuuabitur
a cognitionibus sensitiuis nec interioribus nec exterio-
ribus. Et ideo nō est essentialis nec tam necessaria cōne
xio uirtutis intellectiue existentis in corpe ad uires sen
sitiuas q̄ sine illis nobilis uis intellectiua nō sit apta na
ta se cognitiue actuare. Item si sic: ergo anima rationa-
lis exuta nichil intelligeret nec sciret de cōmuni cursu
de omnibus hiis que in corpore sciuit: nec respectu quo
rūcunq; intelligibiliū ex habitibus & speciebus in cor-
pore acquisitis se actuare posset: quod uidet̄ magne im-
perfectionis. Hec sunt argumenta dn̄i magistri Henri-
ci de Assia que adduxit Parisius disputādo in hanc ma
teriam. In oppositum est scola omnis cōmunis dicens
q̄ quiditas rei materialis est obiectum intellectus uia-
toris. Et experientia demonstrat fantasiam laborare cū
intellectualiter operamur seu occupamur. Patet ergo q̄
nullus purus uiator philosophus in theologia Paulo &
primo parenti se potest comparare. Et sic patet respon-
sio ad questiunculā. Hec Henricus de Assia sup gen̄.

Q Vinta questiūcula est: q̄re mulierib' sepius fiūt re-
uelatiōes q̄ uiris. Ad quā respōdet̄ q̄ de hoc a phis
tripl'ex cā naturalis solet assignari. Pr̄ia accipit̄ ex q̄lita
te cōplexiōis: qa mulieres n̄aliter multū h̄nt de humido

humidũ autẽ cũ inceptuȝ eſt moueri nõ ceſſat quo uſq̧ attingat ad id qđ intendebat. Ex quo cõtingit mulieres diutius ſtare in ſuis cogitationib⁹ & imaginationibus q̃ uiri. Vnde uir citius digerit ſuas cõceptiones uel imaginatiões quare minus apparẽt eis mirabilia. Et quia humidũ etiã (quod ut dictuȝ eſt in mulierib⁹ habũdat) eſt bene receptiuũ figurarũ: & diuerſas etiã figuras recipit exinde eſt ꝙ ipſis mulierib⁹ apparẽt plura mirabilia & diuerſa ſomniãdo. Secunda cauſa accipit̃ ex defectu rationis. Nã mulieres (ſicut dicit̃ in politicis) habẽt ratiocinatiuũ inualidũ unde minime uigent rõne & diſcretione in compatione ad uiros: ꝓpter qđ ſi eueniãt mulieribus alique fantaſtice apparitiões & uiſiones mirabiles: minus eſt ratio cõtradicẽs q̃ in uiris. Tertia cauſa ſumitur ex habũdantia paſſionis. Nã ſicut dicit phũs in libro de ſomno & uigilia: Illi qui ſũt in paſſionib⁹ ad modicam ſimilitudinẽ mouent̃ & credunt uerũ eſſe qđ apparet. Vnde quia in mulierib⁹ habũdant paſſiões: ideo ſtatim ad modicã ſimilitudinẽ uel ſpeciẽ credunt ei qđ ſibi apparet. hec ex Iohãne de ſancto Geminiano.

S Exta queſtiũcula eſt: An ꝓphetie & reuelatiões uaticinantiũ & q̃nq; raptarũ mulierũ xp̃o uere deuotarũ: ut puta Brigide: Catherine de Senis & ſimiliũ haberi debeãt ꝓ indubitãter ueris & p̃dicari tanq̃ a ſpũ ſcõ edite. Ad quã reſpõdet̃ ſimplicitet ꝙ nec ꝓ indubitãter ueris haberi debẽt nec tanq̃ a ſpũ ſcõ edite acceptãde uł p̃dicande ſunt. Tum qa huiuſmodi ſimilia fieri poſſũt ex induſtria hũana exercitata: & lumine fidei cõfortata

p

Tū qa nichil ꝓhibet illas qn̄q; fuisse illusas eo ꝙ forte nō sine culpa p̄sumpserūt illa facere que ad eas nō pti-nuerūt. Docere enī uel p̄dicare mulierib⁹ iuxta ap̄l'm nō ꝑmittit. Tū quia potuit fallere eas qn̄q; fantasia nimis fatigata: Tū quia si libri eaꝝ bene cōsiderent: occurrūt ex dictis & modis dicendi aliqua minus sapida: minus rationabilia aut ueritati dissona. Tū quia ꝓphetie earū supuacue uident & doctrine. Cū autentice ex sacris scri pturis & sanctis doctoribus habeat: quicqd de talibus est saluti necessariū. Tū quia stat aliquē esse ualde sanctū: & tn̄ oēm doctrinā eius esse ex spū humano. Tū qa nō cōstat eas missas fuisse ad docendū uel p̄dicandū a deo: nā si deus officio earū uoluisset in docēdo & ꝓphetando uti: utiq; sanctiorib⁹ mulierib⁹ in hoc usus fuisset ut scā Helisabeth: & similibus: quas cōstat nichil taliū attētasse: sed solū studuisse ꝑfectioni uirtutū: nichil se ītromittētes de īpertinētibus earū statib⁹. Potuit tamen esse ꝙ deus ad supplendā negligētiā ordinariorū: & ad ipsoꝝ maiorē cōfusionē suscitauerit quādoq; & suscitet quasdā mulierculas tanq̄ doctrices & ꝓphetas: sicut etiā apparet in uatib⁹ utriusq; sexus in populo hebreorū: ut sic ꝓpter nouitatē & raritatē: mulierū doctrine legāt ab hiis q diuīos libros & diuīas scripturas legere neglexerūt: & cupiūt doctrinaꝝ nouitatib⁹ aurib⁹ pruriri & cōuerti ad fabulas poetaꝝ. Sicut etiā ꝓpter negligentiā iudicū isr̄l suscitauit deus spiritū pueri iunioris Danielis ne sanguis innocens Susanne effunderet: Danielis. xii. Hec Henricus de Assia sup genesim.

s Eptima questiuncula est:An uaticinia futurorũ a Sibillis:& quarũdã magarũ & phitonissarũ in populo gentili:sint credẽda eis reuelata a spiritu sancto:& quare solis Sibillis mulieribus apud gentiles concessuꝫ est de christo uaticinari:& nulli alteri:ex uatibus babilonicis:philosophis siue poetis. Ad quam sic respondet Augustinus.xxi.de ciuitatr dei:ꝙ Sibille siue bone fuerint siue male: in hiis que de christo & aliis ad salutem humanam ꝑtinentibus predixerunt: credendum est ꝙ a deo fuerint inspirate. Nõ enim est uerisimile ꝙ diabolus reuelaret hominibus ea que pro salute eorũ presciebat esse uentura. Et ꝙ sit hoc uerũ de Sibillis bonis:patet ex nominis interpretatiõe. Dicit̃ enim Sibilla quasi dei mens:quia syos grece latine dicitur deus: & bellẽ.i. mens.quasi mens dei.Erant enĩ(ut Augustinꝰ.xviii.de ciui.dei.c.xxiii.& Isidorus.viii.li.ethimo.dicũt)apud gentilem populũ quedã femine uirgines: uel nõ uirgines famose in cognitione occultorũ de futuris: & aliis: que quidem apud gentiles consulebant̃ in dubiis euentibus: quasi ex merito singularis uite noticiã mẽtis dei uel deorum habentes: sicut apud hebreos consulebant̃ ueri ꝓphete. De qbus dicit Augꝰ ubi supra:ꝙ sicut olim extra populum isrl̃:& ante in populo gentili erant aliqui boni & sancti uiri a deo specialiter illuminati & directi:de quibus fuit Iob:Cornelius & alii. Sic etiã & alique femine sancte & religiose esse tunc poterãt a deo de futuris de christo & aliis specialiter illumĩate. Vnde de uaticinio unius illaꝝ Sibillaꝝ dicte Erithea uel Cuma

P

na loquēs Aug⁹ ubi ſupra dicit: ꝙ a deo nichil hēt ī toto carmine ſuo q̄d ad deoꝝ falſoꝝ cultū ꝑtineat ut in eoꝝ numero merito cōputāda uideat᷑ que ꝑtinēt ad ciuitatē dei. De malis etiā mulierib⁹ ſiue magis & diuinatricib⁹ uanis artibus ībutis: pꝫ etiā ꝙ alique eaꝝ magis ydonee ex dignatiōe diuine clementie in teſtimoniū ſalutariū futurorū poterant certis occaſionibus datis: illuminari ſpecialiter a deo de faciendis: ſicut occaſione data illuminatus fuit Balaam ariolus qui licet malus fuerit: tn̄ preclaram de chriſto ꝓphetiā expreſſit: ut patet Numeri. xxiiii. Donū enī ꝓphetie nō ſolum ſe extendit ad bonos: ſed etiam cōmune eſt bonis & malis: ſicut & cetere gracie gratis date. In ceteris uero ad xp̄m nō ꝑtinētibus iſte diuīatrices mage: a diabolo poterāt illumīari: ſicut ſupſtitioſi ſapiētes babilonii. Sed ſi qs quereret quare in ſolo ſexu femineo inuente ſunt apud gentiles quedā mulieres ꝓphetiſſe de xp̄o uaticinātes: & nullus de uatibus famoſis babilonicis in artibus diuinatoriis expertes: quos reges gentium in dubiis cōſulere cōſueuerunt ut patet de Pharaone & Nabuchodonoſor & aliquibus phōꝝ aliqd de xp̄o: uel de futuro iudicio: aut de reſurrectione & ceteris de qbus Sibille locute ſūt: uaticinatus eſt. Reſpondet᷑ ꝙ hoꝝ & ſimiliū ſecretoꝝ dei rōnē reddere pōt ſolus q a deo de huiuſmodi ē erudit⁹. Vel forte ſic factū eſt cōſuetudine dei qua ſepe eligit infirma huius mūdi ut confundat fortia. philoſophi autē ſequētes ſolum cognitionem que naturali inueſtigatione de deo & creaturis haberi poterat: ponētes obicem p̄ſumptiōis

& supbie: diuias reuelatiões desup recipe nõ meruerũt. Potuit tñ fieri occulte a deo: ut etiã poete aut aliqui phi ut aliqua fingerẽt uel dicerẽt: que deus ꝑ generali salute hoiuȝ facturus erat ĩ mũdo: licet illi phi uel poete ad huiusmodi nõ respicerẽt sed ad alia: circa que eorũ intẽtio uersabat᷑ sicut factũ est ĩ Caypha & Virgilio & aliis. Hec ex dño Henrico de Assia sup genesim.

S Ecũda questio octaui capitis ẽ de somno corporali. Circa quã tres questiũcule soluentur: quarũ quelibet infra declarabit᷑.

P Rima questiũcula est: quid sit somnus corpalis & unde causat᷑. Ad quã sic respõdet᷑: ꝙ somnus scd̃m phõs est retractio ad ĩteriora: spũs uitalis & aĩalis: quorũ alter est uehiculuȝ caloris: & alter speciei sensibilis. Vel ut alii dicũt: Somnus ẽ fixa suspẽsio uiriũ aĩaliũ. i. sensitiuorũ ab actibus suis. Q đ de cõi cursu cõtingit ex hoc ꝙ diffusio spirituũ uel alterius influẽtie ad sensationes necessarie ĩpedit᷑ a corde uel cerebro: & q̃diu hic influxus ĩpedit᷑: tãdiu cessant & qescũt uires sensitiue ab actibus suis. Põt aũt dictus influxus ĩpediri uel nõ fieri multis de causis & modis. Primo ut dicit Albertus ex pte corpis: sicut fumalis euaporatio ex mẽbris digestiuis ascẽdens ꝑ uenas ad regionẽ cerebri frigidã: ubi fumus illo frigore cõdensatus: descẽdendo cõstringit neruos: & obstruit ceteros meatus spirituũ ad organa exteriorũ sensuũ: q spiritibus ad ipsorũ actuationẽ reqsitis: sic priuati nõ ꝑcipiũt exterius obiecta. Alii clarius idẽ sic dicunt: ꝙ dictus ĩfluxus ĩpedit᷑ ꝑ fumũ ascendentẽ a mẽbris digestiuis ad cor: uel ad locũ capitis. i. cerebrũ:

P

ubi est cõcursus neruorum deferẽtiũ spũs· uel ubi spũs na
turales sublimãt' in spũs aĩales: q qdẽ fumus p dictũ in
fluxũ ĩpediri põt:uel replẽdo neruos:uel cõprimẽdo uł
ad frigiditatẽ redactas cõstrigẽdo· põt ẽt nãliter ex pte
corpis fieri sopor sine tali fumo:& hoc ppter aliquã opi
lationẽ seu alterius modi obstructionẽ meatuũ interio-
rũ·Causat' etiã somnus ex pte aĩe ppter cõcursuз caloris
& spirituuз ad locũ alicuius lesiõis interius uehemẽter
torquẽtis· qñqз ex defectu caloris & spirituũ in radice ĩ
qua dũ spũs deficiũt:necesse est ut sensus a suis actibus
cessent:sicut cõtingit in amẽtibus:qñ amẽtie accidũt ex
ĩanitiõe·i·debilitate· Qñqз ẽt accidit p quãdã retractio
nẽ seu reuocationẽ spirituuз ad interiora rõne alicuius
passiõis interioris:iuxta illud Luc·xxii·& Math·xxvi·
Erãt oculi eorum grauati & dormierũt pre tristicia· uel rõ
ne alterius accidẽtis ut in sincopi·Qñqз etiã accidit sõ-
nus ex uehemẽti fatigatiõe uel attenuatiõe uel assidua-
ta cõtemplariõe ppter que reqrũt uires interiores adui-
uari ut patet in raptu & extasi· Fiunt etiã qñqз sopores
ab extra·s·ex dulcedine alicuius melodie:p quã exterio
res sensus cadũt ab actibus suis· ppter qđ ut dicit phũs
viii·politicorum:In tẽplis fiebãt melodie qbus aliq rapie-
bant' · Qñqз fiũt etiã ex uehemẽtia subiti terroris: qñqз
ex lesione capitis uel alterius mẽbri extrinsecus illata:
ut dũ hõ cadit sup caput: aut sanguinẽ trahit· Hec Al-
bertus magnus:& dñs Henricus deAssia sup geñ·

S Ecunda questiũcula est:qd sit somuus uniuersalis
& ptialis· Ad quã respondet' :q somnus uł'is dicit'
qñ exteriores & interiores sensus cũ ui etiã intellectiua

sopiant̃ & qescūt. Vel sonus uł'is scd̃m Auicennā prima tertii. c. de subeth. ē reddit⁹ spūs aīalis ab īstrumētis sensuū & mot⁹ ad pricipiū suū. i. cerebrū: cū quo. s. redditu priuāt̃ ipsoꝝ instr̃a ab exitu opatiōis ī ipsis. s. instr̃is: nisi ab illis instr̃is que necessaria sūt ad hoc ut uita ꝑmaneat: & illa sūt sicut instr̃a spūs sicut pulmo: cor: arterie & diaflāma. Partialis aūt sonus ē triplex: aut cū exteriores & īteriores sensus sopiūt̃ ui intellectiua uigilāte: uel cū ligāt̃ exteriores sēsus: solutis a sono sensib⁹ īteriorib⁹: ut p₃ ī hiis q dormiēdo ābulāt ī nocte. uel cū interiores sēsus ligāt̃ solutis exteriorib⁹. Primū aūt hoꝝ scd̃₃ quosdā possibile ē: qđ ꝓbāt sic. nā sicut īterior sensus uigilare pōt: ligato ꝑ sonū exteriori: ut patebit īfra: Ita nichil ꝓhibere uidet̃ ꝙ intellect⁹ habitib⁹ & sensatiōib⁹ sufficiēt̃ habituat⁹ sepe uigilet. i. cognoscitiue actuet̃ respectu intelligibiliū: & ꝙ utreq₃ uires sensitiue sopite sint. Qđ si dicat̃ scd̃m phōs: ꝙ necesse sit ad actualē ītelligibilitatē fantasmata speculari: igit̃ ītellectus nō actuat̃ nisi cōsecutiue ad actuationē fātasie Rn̄det̃ ꝙ si illud dictū cōe phoꝝ hēat ueritatē. Intelligit̃ de cōi cursu hūane cognitiōis & ī prima acqsitiōe ītellectuał noticie. Vel ē uerū respectu illoꝝ ītelligibiliū respectu quoꝝ adhuc nō hēt sufficiēt̃ ītrinsecos ī se habit⁹ & spēs scd̃m q̄s ī actu exire possit sine āminiculo uiriū sensitiuaꝝ. Secus aūt ē de ītellectu sic habituato q ut seipsu₃ actuet: nō oportet ad fantasmata se cōuertat. Istā ītellectualē uigiliā sensisse uidet̃ sensib⁹ sono ligatis q dixit: ego dormio & cor meū uigilat. & scd̃m hāc opinionē sonus utrorūq₃ sensuū nō

P

pót sopire ītellectū nisi nudū uel īsufficiēter habituatū Secūdū aūt·s·ligamētū exterioꝝ sensuū: solutis a sōno interioribꝰ:etiā manifeste apparet in qbusdā qui nocte dormiēdo surgūt:& ambulāt sine offendiculo:& faciūt aliq̄ opa uigilātiū·s·loquūť:clamāt:īduūt se:ascēdūt arbores:exeūt domos ad cāpos:siluas: īsequūť īimicos: & qn̄q; īterficiūt:& reuertūť ad lectos suos:ut dicit Alber· i cōmēto sup li·de sōno & uigilia·Pn̄t etiā & tertio aliq scđm exteriorē sensitiuā uigilare: & dormire scđm interiorē:sicut audiui de uno taliū q realiter sensit· Vigilāt ēt qn̄q; tales scđm sensū & simul scđm uim intellectiuā que fortassis ēt quodāmō actuari pót ad actuationē exteriorū sensuū īterioribus sensibus ab oī actu suspensis. Vn̄ si deus i hoīe uigilāte suspēderet ad tp̄s oēm actionē īterioꝝ sensuū sine īpedimēto īfluētie uirtutis & spirituū ad sensus exteriores: qd ꝓhiberet hoīem & sensitiue uidere & ītellectiue uisa rationari:& ita sufficiēter sese in ambulando uel ascendendo dirigere & custodire· Hec Henricus de Assia ubi supra·

TErtia questiūcula ē:unde causatus est sōnus Ade a principio:cū nichil de p̄dictis causantibus somnū nec fumalis euaporatio cibi potuerit ad caput eius uel cor ascendere : nec in paradiso comederit de fructibus ante formationē Eue:& quid uidit Adam in sopore illo Ad quā sic rn̄deť:ꝙ sōnus ille Ade siue raptꝰ siue extasis nec ab angelo fuit nec a celo nec a cibali fumo aut fatigatiōe que nō erat i statu īnocētie·Sꝫ fuit īmissus a deo tāq̄ cōueniēs dispō ad recipiēdas diuīas reuelatiōes: qa

ut dicit Augustin⁹: Nisi ab hac uita quisq; quodãmodo moriat̃ siue auersus & alienatus a corporeis sensib⁹ fuerit nõ subuehit̃ in uisionẽ dei & celestiuȝ. In quo raptu siue extasi pius & largissimus deus primo hoĩ prĩcipio totius posteritatis ostendit magna & miralia. Ipse enim Adam in ipsa extasi siue excessu mentis positus: & in illud qđ statũ nature excedebat eleuatus: ut dicit glo. ad Ephe. v. Primo ꝓpheta effectus est: Nã excitatus ex sopore & mulierẽ formatã ex ipso aspiciens diuina reuelatione illustratus: ydiomate hebraico dixit: Nũc hoc os ex ossibus meis & caro de carne mea: ꝓpter hoc relinq̃t homo zc. Ingressus etiã est ĩ sanctuariũ dei & intellexit nouissima ab initio & primo: ut dicit glo. reuelatũ est ei ꝙ ex eo nasciturus esset hõ qui uere deus esset: cui⁹ morte hoĩuȝ genus redimeret̃: & de cuius latere ĩ cruce morientis fidelis ecclesia formaret̃. Intellexit etiã ꝙ mundus esset ꝑdendus peccato q̃uis nõ suo. Tũc forte intellexit mysteriũ trinitatis: creationẽ mũdi ex nichilo: destructionẽ eiusdẽ. accepit ĩ illa extasi reuelationẽ casus angelorũ. Intellexit sacrificia que erant futura in remediũ originalis peccati: q̃uis illud futurũ ei esse nõ reuelaret̃. Intellexit excellentissimã illam futurã uitam in qua post hanc ineternũ uiuẽdo sine nutrimẽto: habituri essent hoĩes in clara dei uisione: si in hac uita mãdata dei custodirẽt. Instruct⁹ fuit ĩ naturalib⁹ & moralib⁹ sciẽtiis. Tũc ẽt accepit excellẽtẽ cognitionẽ theologicã supnãlẽ ut primis reb⁹ noĩa ĩponeret: & rerũ ꝓprietates cognosceret: Vñ cõstitut⁹ ẽ prim⁹ phũs prim⁹ theologus

in utraq; sciētia pfectus scđm mensurā initii sui status. Vnde Vgo libro sexto de sacramētis loquēs de philosophia & theologia primi hoīs dicit: Rerū uisibiliū oīuz que cū hoīe & ppter hoīem facte erant pfectā cognitionem: primū hoīem simplici diuine inspiratiōis illustratione accepisse nulli dubiū esse debet. Nā deus rationabiliter ei tribuit sciam eorū que ppter ipsū fecit: & quorū gubernationē: dispositionē & puidentiā ipsi hoī reliquit. Si aūt p uita tpali conseruāda & disponēda in rebus transitoriis tam scientiā magnā accepit: multa magis p uita eterna adipiscēda excellentiorē & habūdantiorē de celestib⁹ & supnaturalib⁹ cognitionē habere debuit. Sic in extasi & excessu mentis Paulus positus uidit archana dei que nō licet homini loqui. Sic etiā quedam mulier ordinis nostri predicatorū uirgo mirabilis humilitatis & deuotiōis in Vrbe ueteri tempore nostro extasim patiebatur: quotiens aliquis ei uerba deuota & feruentia loqueretur: cūq; poneretur in lecto dum rapi incipiebat: eleuatis paulatim manibus & pedib⁹ ad modum peduz crucifixi dispositis sic efficiebatur īmobilis ut nulla uiolentia manus uel brachia flecti: uel ipsi pedes possent aliquatenus disiungi. De mirabilibus autē & archanis que in ipso raptu pcipiebat aliquādo: paucis & cum difficultate aliqua reuelauit. Hec Henricus & Iohānes de sancto Geminiano.

TErtia questio huius octaui capitis est de somniis siue apparitiōib⁹ fantasticis somnioꝶ. circa quā sex questiūcule soluent̄.

p Rima questiūcula est: quid sit somniū & etiā unde causant somnia siue apparitiões fantastice somniorū. Ad quam sic respondet: q somniū scd̄m philosophum libro. ii. de somno & uigilia: est fantasma factū a motu simulacrorū a similitudine sensibili in dormiēte scd̄m q dormit: huiusmodi autē somniuz seu fantasma ortum habere potest ex pluribus: & sic possunt somnia plures causas habere. Nam somniorū duplex est causa in generali. s. interior & exterior. Prima interior etiā est duplex. Nam prima est mentalis siue spūalis. s. cogitatio uel affectio inquantū illa occurrunt fantasie homis in dormiendo. circa que eius cogitatio & affectio fuit īmorata in uigilando. Secūda causa somniorū interior est corporalis dispositio. Nam ex dispositione interiori corporis formatur aliquis motus in fantasia côueniens tali dispositiôi sicut homini in quo frigidi humores habundāt occurrit q sit in aqua uel niue. Et ppter hoc medici dicunt esse intendendū somniis ad cognoscendum interiores dispositiones corporis. Secūda causa somniorū est exterior: & hec est duplex. Prima est spūalis que qñq; est a deo qui ministerio angelorꝶ aliqua hominib9 reuelat in somniis ut dictum est supra. Quandoq; autē opatione demonū apparēt dormiētibus alique fantasie ex qbus qñq; aliqua futura reuelant hiis qui cū eis habent pacta illicita ut dicet infra in tertia decade. Secūda causa exterior est corpalis. s. īmutatio imaginationis uel fantasie inquantū imaginatio uel fantasia dormiētis īmutatur: uel ab aere côtinente. uel ut astronomi di

p

cunt ex ĩpressione celestis corporis ut sic dormiẽnti ali/
que fantasie appareãt conformes dispositiõi celestium.
Pro quo intelligẽdo notandũ q astronomi dicũt q ce/
lum siue corpa celestia p se operant' ad somnia. Nã mul
totiens dicũt hoĩuȝ somnia esse cõformia stellarũ habi/
tudinibus & cõsituationibꝰ intantũ q scita dispositione
celi hora somnii astrologus dicere põt de quo facto som
niũ fuit. Et dicũt q sicut cũ colera ĩ hoĩe habũdat som/
niat hõ de rebus calidis & rubeis. & cũ flegma habun/
dat de rebꝰ frigidis & aquosis: ueluti effectus naturales
causati a causa naturali. Similiter celũ põt influere co/
gnitionẽ effectuũ quos uirtualiter cõtinet: & p cõseques
ĩprimere p se dormientibꝰ ad somniandũ. Quibꝰ respon
det' q licet celũ aliqd opari possit ad sõnia: hoc tñ nõ ẽ
p se. s. p ĩpressionẽ noue speciei uel cognitiõis interioris
sensualis uel ĩtellectualis. Sȝ ẽ solũ p accidẽs ad aliquã
transmutationẽ corpis scd̃m sensibiles q̃litates. Nã in/
fluẽtia calefactiua nõ põt ĩprimere prius speciẽ coloris
sensui interiori q̃ causet realẽ calorẽ q obiectiue moueat
sensũ tactus. Et cũ dicit' scd̃m astronomos q qñq; iuen/
ta sũt sõnia hoĩuȝ cõformia habitudinibꝰ & imaginibꝰ
stellarũ: ut pote Piscis: Cancri zc. Dicit' q hoc raro uel
nũq̃ exptũ est: uel ẽ a casu: uel qa aliqs exercitatus ĩ hu/
iusmodi post somniũ (nõ aũt ante) ĩueniet aliquã con/
cordantiã in celo cũ re uel rebꝰ de qbus somniauit. Sed
beatus Augꝰ sup geñ. ad litterã dicit: Hoc quidẽ occulta
malignorũ spirituũ deceptione fieri potuit: qui hoĩbus
intẽtis talibꝰ uanitatibꝰ: sic in eorũ dãnationẽ & erroris

prenosticationē: astrorū ꝓpagatiōe illudere cōsueuerūt. Et negat̄ ꝙ ille humor qui dicit̄ melācolia uel colera ꝓducat in hoīe somniāte uel frenetico species calidas uel humidas: uel caprarū uel serpētū: uel species cuiuscūq; rei differētes specie ab illis humoribꝰ: que talibus apparere cōsueuerūt. Et ratio negationis est: qa causa naturalis nō pōt p se speciē effectus sui realis prius ꝓducere in sensu uel intellectu: q̄ illū effectuȝ ꝓducat in esse reali. Qđ si dicat̄: unde causant̄ huiusmodi fantastice apparitiones ī somniis. Dicit̄ ꝙ cōtingūt ex irregularitate motus: spirituū & fumorū & partiū interiorū organorū in quibus fit sensatio & fantasmatū reseruatio: que quidē fantasmata talibus motibus respectu inuicē cōfundūt̄ & monstruose cōiungunt̄: Et ita cōtingunt tales apparentie somniorū. Hec ex Alberto & Henrico.

S Ecunda questiūcula est: Si spūs boni & mali possint apparere & īmittere somnia uiuis. Ad quam respondet̄ affirmatiue: & primo de spiritibus bonis dicamus. Ingerunt̄ enī quandoq; somnia clara uiuis benignitate spirituū bonorū de q̄busdā: ad bonū ipsorū uel aliorū ptinentibꝰ: & sic Alberto magno fuit īmissū somniū clarū de casu pueri de molendino in ripā in nocte: ut sic qa eps erat: maiori pietate & cōpassione moueret̄ erga matrē pueri: que sibi de mane de submersiōe pueri filii sui cōquerenda erat. Sic etiā Galieno fuit īmissum somniū de cura cuiusdā īfirmi patiētis egritudinē splenis: qui ut ipse narrat cū diu de cura illius sollicitꝰ fuisset: & remedia diligenter quesiuisset: somniauit quadā

nocte ꝙ sanguinē traheret de uena que est inter auricu
larem & anularē digitos: qd̄ fecit & sanatus est: ꝙ si ita
diuina bonitas ꝑ bonos spūs dirigit hoies facientes qd̄
in se est ad ea que sunt in salutē corporū: longe utiq; for
tius diriget ꝑ bonos spūs hoies debite sollicitos ꝓ bonis
moralibus & spiritualib⁹ sibi uel aliis acqrendis & ma-
xime illos qui presūt: sicut rex Salomon specialiter di-
rectus fuit ꝑ somniuꝫ de bono regimine populi sibi cō-
missi: ut habet̄ ·iii· Regū ·ii· ꝓ hoc facit ꝙ Cayphas cū
esset pontifex anni illius ꝓphetauit dicens: Expedit uo
bis ut unus moriat̄ pro populo ne tota gens pereat· Sic
sepe regibus etiā infidelibus ꝑ somnia multa ostēsa sūt
ut regi Pharaōi futura fames: geñ ·xli· & regi Nabucho
donosor futura regnoꝝ dispositio: de qua sollicitus erat
Danielis ·ii· Et merito angeli dirigūt & inclinant reges
& principes ꝑ somnia ad salutem eorū quorū curā ha-
bent· Nā aliqui angeli ut dicet̄ infra in secūda decade
tanq̄ gubernatores presūt ꝓuintiis & regionib⁹: & ꝑ cō-
sequēs regib⁹ & principib⁹ regionū in eos influēdo hoc
uel illud ꝓut nouerūt expedire saluti cōmissoꝝ· Ex qui
bus apparet ꝙ inter ceteros illorū qui presūt sōnia ma-
gis notanda sūt tanq̄ presagiū de futuris habētia· Et iō
dixit quidā de phīs ꝙ regio somnio credendū est· No-
uerat enī ꝙ salus populorū cōsistit in capitibus eorū· i·
in hiis qui presūt· Secūdo ingerunt̄ qnq; somnia uiuis
a spiritib⁹ malis: uel ad deceptionē ut quis credat̄ ꝓphe
ta dei: qui est ꝓpheta diaboli· uel ad confirmationē ali-
cuius erroris uel supstitiōis· uł ad alicui⁹ uitii ipulsionē

& excitationē·s·supbie uel luxurie·qn̄q; ut p has uisio-
nes claras & somnia a se tanq̄ pphetas aut deo familia-
res extollāt: de facili enim reuelatiōes extollunt. Sensit
hoc aplūs qn̄ dixit: Datus est michi stimulus carnis an
gelus sathane ne magnitudo reuelationu; me' extollat·
Sic Socrati fuit imissū somniū a quodā demone sibi fa
miliari ut posset interpretari sōniū Platonis adhuc pue
ri: qd̄ habuit de cygno quē Atheniēses imolant dee ue-
neri quā colūt· Socrates eni p̄cedente nocte priusq̄ Pla
to ad eū eruditionis gracia a patre fuisset adductus ui-
dit somniū a spū familiari imissum: cygnū·s·qui apud
Athenienses ueneri dicat': dulcissime canentē & a terris
usq; ad celos cantādo subuolantē: qd̄ postea Platone ad
ducto ad se: hic ille est inquit cygnus quē ego preterita
nocte tam suauissime canentē somno uiderā: Sic etiam
qbusdā phis ab assistentib⁹ sibi demonib⁹ fuerūt imissa
somnia de aliqbus effectib⁹: ut ex eis postea cōcluderēt
discursiue esse aliquos spūs se abiliores & subtiliores &
sic inducerent' ad supstitionē uel errorē uel etiā qn̄q; ad
ueritatē: ut p; de platonicis & Tullio ueritati catholice
in quibusdā adherentibus· Hec ex Henrico de Assia·

T Ertia questiūcula est: Si spirit⁹ uel anime mortuo-
rū possint in somnis monere ad bonum: uel abdu
cere a malo uiuos: & si sint seruande & exequende mor-
tuorū monitiōes· Ad quā respondet' affirmatiue· Nam
qn̄q; a spiritib⁹ mortuo⁊ & ab aīabus in purgatorio ex-
istentib⁹ imittunt' somnia uiuis: rogantes p eis orari: ut
patet·iiii·dial'·Qn̄q; etiā pmittit' eis: uiuis sōnia igerere
admonitoria uel etiā puocatoria ad bonū uel a peccatis

P

qbusdã reuocatoria. De aíabus uero damnatis nõ puto somnia imittere uiuis sinant: quis nihil ꝓhibeat uiuos etiã de mortuis dãnatis somniare: quãq; arte demonũ ad finẽ ut credant saluate aut ut preces & elemosyne uiuorũ ꝓ illis frustra fiãt. Qualitercũq; tñ sit sõnia de mortuis nõ sunt obseruãda a uiuis tanq̃ semp ipsi ꝓ talibus moueant ut mortuis subueniat elemosynis & precibus.

Quarta questiũcula ẽ: An sõnia amentiũ & stultoꝝ habeãt ꝓ̃sagiũ alicui⁹ ueri. Ad quã Albert⁹ uolẽs ꝓbare q̃ sõnioꝝ imissio nõ sit a spiritib⁹: sꝫ ex causis naturalib⁹ respõdet affirmatiue dicẽs: q̃ multis amentib⁹ & fatuis ut plurimũ sõnia ꝓ̃sagiũ habẽtia accidere solent. Sꝫ hoc negat dñs Henric⁹ dicẽs: q̃ nesciat ubi Albertus hoc legerit aut q̃ expientia didicerit. ipse enĩ nũq̃ uidit fatuũ ꝓphetasse: aut sõniũ notabile futurorũ designatiuũ habuisse: imo cũ fantasticũ fatuoꝝ sit tumultu cogitationũ & passionũ maxĩe distractũ iqetũ & cõfusũ: iõ ẽ maxĩe idispositũ ad receptionẽ reuelationũ & sõnioꝝ.

Quinta questiũcula ẽ: quare spũs boni nõ clare erudiũt hoĩes ꝑ sõnia: sꝫ enigmatice & ꝑabolice: cũ finis ĩmissiõis sõnioꝝ sit significatio aliquoꝝ que sciri uł ꝓ̃sciri expedit hoĩb⁹. Ad quam Symonides phũs uolẽs respondere dixit hoc accidere ꝑ eo q̃ de⁹ ĩuidet mortalibus de scia futuroꝝ: & iõ nõ clare sꝫ sub obscuris figurarũ inuolutionib⁹ imittit hoĩbus somnia de futuris: Sed qa hic maxime errauit: Ideo dicendum est q̃ ex multis causis cõtigit hoĩb⁹ imitti sõnia enigmatica & nõ clara prĩo ut hoĩes sõniis obscuris territi ad dñm ꝑ iterp̃tatõe

recurrãt: aut saltem ut malũ iminens uelit auertere petant: aut ut aliquis seruus dei ad salutẽ multorꝝ exaltetᷓ & deus glorificetᷓ: qualiter fuit ad litteram de Ioseph & Daniele. Secũdo obscuritas ꝑmonitionũ ꝑ somnia facit ad exercitiũ prudẽtie: quia scito ꝙ a deo & creaturis spiritibus bonis & malis solẽt hoĩes uariis modis moueri: affectionibꝰ: habẽt hoĩes occasionẽ circũspectius agẽdi & cautius ꝓuidẽdi: ut forte iminentia mala excludãt ut leuius tollerẽt: ut uentura bona habũdantius suscipiãt. Tertio in cã põt eẽ cõditio statꝰ pñtis uite que multiplici obscuritate & ꝑplexitate anxiari meruit qñ hõ primꝰ a deo suo ꝑ culpam cecidit. Vnde beatꝰ gregꝰ. v. moraꝉ. dicit: Proiecti a paradisi gaudiis cecitatis pena multati uix susurrii uenas apprehẽdimus: & mira dei opa rapti tenuiterq; pensamus zč. Quarto ꝓuenire põt ex merito uel demerito: uel ex ĩdispositiõe aut dispositiõe recipiẽtis ꝓpter que deus aliquos nullis ĩmissionibꝰ somniorũ ꝑadmonet aliquos ambigue inopinatis passionibꝰ tristicie uel leticie: & aliquos somniis uel reuelationibus claris. Hec Henricus ubi supra.

S Exta questiũcula est: quare ĩfluxus spirituũ in homines potius uel cõius respicit somniũ ꝙ̃ uigiliã. Ad quã sic rñdetᷓ: ꝙ tres differẽtie actuationũ ĩterioris cognoscitiue requirũt quietẽ & tranquillitatẽ mẽtis. i. aĩe: uidelȝ reuelatio: cõtemplatio & ueritatis ĩuestigatio Cũ ergo somnus sit quedam quies uiriũ aĩaliũ: ideo aĩa dormiẽte est in statu aptiori ad reuelatiões. Vnde qa reuelatio ꝑ somniũ uel alias ĩmissa hoĩ a deo uel angelo ẽ

quedam interna allocutio: frustra fieret qñ aĩa esset ita distracta uel aliis occupata uł intenta ꝙ nõ intenderet spiritui se alloquenti: uel locutionẽ sibi memoriter non ĩprimeret. Sicut hoc manifestuȝ est in exteriori: nullus enĩ sapiens uolens aliquid alicui dicere alloquit᷑ ipsum quando uel ubi ꝓpter interiorẽ distractionẽ: uel exteriorem turbationẽ nõ põt ꝑfecte audire uel si audiat nõ recipit cordi qđ dicit᷑. Et ergo dixit sapiens: ꝙ nõ est effũdendus sermo ubi nõ est auditus. Et ibidẽ: Frustra fit locutio ubi nõ est attentio: aut ubi ei⁹ qđ dicit᷑ intellectio. Spũs ergo boni cũ sint sapientissimi nolentes hoĩes alloqui frustra locutiõe interiori nec exteriori rationabiliter obseruãt tũc locum: statũ: & dispositionẽ eius cui loquendũ est ut allocutiones sue effectum habeant: iuxta illud qđ dicit᷑ ysaie. lv. Verbũ meum qđ egrediet᷑ de ore meo nõ reuertet᷑ ad me uacuũ. Ex quibus sequit᷑ ꝙ reuelatio a deo uel angelis p somnia fit ꝓ tẽpore quo adhuc ligatus est sensus cõmunis: quia ꝓ illo tempore aĩa est ĩ oĩmoda quiete nullum actũ habens: & p cõsequens uident᷑ esse in dispositione aptissima ad receptionẽ diuine illuminationis. Hec Henricus ubi supra.

Quarta questio hui⁹ octaui capitis est unica. s. quot & qui sunt qui bene somniãt & somniãdo diuinant. Ad quã sic respondet᷑: ꝙ tria genera hominũ bene somniãt & diuinãt. s. uesani: amici: & melancolici. Primo enĩ uesani bene preuident & diuinant de somniis. Cuius ratio est: quia tales nõ sũt intenti circa ꝓprios motus: & ideo apprehendũt

& discernunt motus passionis extranee que tangit eos. Viri autē prudentissimi & optimi nō sunt intenti nisi circa sapientias & uirtutes & alia honesta ꝑpter que nō percipiunt somnia. Secundo dico ꝙ amici bene & recte somniāt sicut res eueniūt de suis notis & amicis. Cuius ratio est: quia amicorū ad inuicē est maior solicitudo: & ideo suorū simulachrorū est maior cognitio. Vnde noti & amici precipue qn̄ sunt sepati procul ab inuicē maxime pro inuicē sunt solliciti: de se multa sperātes & de se multa timentes. Maxime enī cognoscūt se inuicē: & sentiunt motus ad inuicē sibi factos ꝑ passiōes spei & amoris & timoris. Et hoc modo se habent somnia notorū & amicorū. Nā motus somniorū amicoꝝ sunt magis profundati & uehemētes q̄ extraneoꝝ. Q đ uno exēplo etiā patere pōt qđ narrat Tullius i. ii. libro de natura deoꝝ: dicit enī ibidē: ꝙ duo familiares socii & amici archades .i. greci iter simul faciētes ad aliquā ciuitatē ꝑuenerūt: quorū unus ad domū sui amici perrexit. Alter uero ad hospitiū diuertit. Is qui in domo amici sui erat uidit in somniis sociū suū orantē ut sibi subueniret: eo ꝙ nisi iuuaret ipsū esset ab hospite iugulandus. Ille uero hoc uiso excitatus de lecto surrexit: & hospitiū in quo hec agebanť petere conatus est. Sed ad se rediens & tanq̄ uanū somniū ꝑuipendēs: ad lectū rediēs obdormiuit: tūc eius socius secūdo ꝑ somniū apparuit & instanti⁹ q̄ prius rogare uidebať ut ei auxiliareť. Sed iste neq; de sōnio tūc curās iterū obdormiuit. Cui tertio in somnio socius cū magna querela apparuit se dicens iā iugulatū esse obse

crans:qm̃ uite sue auxiliũ ferre neglexisset ut saltẽ ultio
nem nõ negaret: dicẽs corpus suũ trucidatũ ferri extra
portã supra currũ:coopertũ stercore sepeliendũ ut eius
scelus uel facinus occultaret᷑. Tunc cõstantibꝰ precibus
familiaris & amicus cõpulsus protinus cũ iudice ad il-
lam portam sũmo mane cucurrit: & currũ quẽ in quie-
te ei demonstrauit:cõprehendit:hospitemq; ad capitale
supplicium ꝑduxit. Hoc narrat Maximus Valerius li.
secũdo de somniis. Tertio melancolici meliꝰaliis sõnia
ꝓnunciãt & cõiectant.Cuius ratio est:qa in illis est ue-
hemens imaginationũ ĩpressio:tum qa minus ꝓpriis in
tendũt & minus ꝓpriis curã impendũt: tũ qa raro unq̃
ꝓfunde dormiũt:& iõ melius cõiectant:diuinãt:& pre-
uidẽt somnia. Illi autẽ q optime & artificiose determi-
nant & interpretant᷑ somnia sunt illi qui mouent᷑ subti
liter inspicere similitudines rerũ.uerbi gr̃a: Sicut enim
se habet in aqua mota: sic multotiẽs se habuit in sõniis
Sicut ergo intuentes in aqua mota simulachra distorta
& confusa prõpti sunt reddere figurata uel signata ipso
rum subtiliter:quia sciũt inspicere similitudines simu-
lachrorũ uel idolorum ad ea quorũ sunt simulachra:di
centes ꝙ hec ẽ figura hominis: hec equi:& similia. Sic
etiam in somniis intuentes simulachra distorta prõpti
sunt determinare ipsorũ figurata uel signantia illi qui
mouent᷑ subtiliter ĩspicere similitudines eorũ ad ea quo
rum sunt simulachra.Hec btũs Tho.in fine tertii libri
de somno & uigilia.& Albertus in cõmento ibidẽ.

Q Vinta questio octaui capitis est simplex. s. Si dare fidē somniis sit licitū. Ad quā uidet̄ respondendū negatiue: ꝑpterea qa scribit̄ ecclesiastici. xxxiiii. Multos errare fecerūt somnia & exciderūt sperantes in illis: & metrice dicit̄: Somnia ne cures: nam fallūt somnia plures. & Cato dicit: Sōnia ne cures: nam mens humana qđ optat dum uigilat: sperans ꝑ somnū cernit idipsum. Sed incontrariū est: quia angelus dn̄i apparuit in somnis Ioseph: q somnio credidit: Mathei primo. R. n̄o dicendū ꝙ ut dicit Macrobius super somnū Scipionis (eo ꝙ in somnis Paulus Scipio maior Scipioni filio apparuit.) Omniū que sibi uidere dormiētes uident̄: quinq̧ sunt principales diuersitates & noīa. aut est enī quod latini somniū uocāt: aut qđ uisio recte appellat̄: aut qđ oraculū nūcupatur: aut qđ insomniū dicit̄: aut est fantasma: qđ Cicero quotiēs opus hoc noīe fuit uisū uocauit. Vltima ex hiis duo dicit Cicero cū uident̄ cura interpretatiōis indigna sūt eo ꝙ nichil diuinatiōis ip̄ortent. Fiūt enī hec duo primis trib⁹ horis noctis: que uocat̄ prima noctis uigilia. Luce. xii. & que dicit̄ etiā intempestū. iii. Regū. iii. Exurgens in tēpesta noctis de meretricib⁹. In qbus horis somnus est ualde obscur⁹ & ꝓfundus ꝑpter fumū obscurū & spissū resolutū a loco digestiōis opilantē & obscurātē organa sensuū: iō tūc fantasmata & motus fact⁹ a sensib⁹ apparere uere nō p̄nt. Et iō credere & fidē dare sōniis & apparitionib⁹ siue reuelatiōibus factis: tribus primis horis illis uanū est & stultū: & sic intelligunt̄ dicta in fronte questiūcl'e adducta. Sōniū āt ē cū dormiēdo aliqd reue

erit etiam ad imprimendũ efficatior. Sꝫ corpus nostrũ subiacet duobus motoribus. s. corporibꝰ celestibꝰ & anime rationali: que est nobilior ipso corpore celesti potentior & ĩmediatior: ergo erit & ad imprimẽdũ efficatior. Plus ergo anima poterit in afficiendo & in ĩprimendo in corpus propriũ q̃ corpora celestia respectu operũ expressorum in corpore. Vnde quantũcũqꝫ Mars moueat corpus ad pturbationẽ & iram mouẽdo sanguinẽ. Plus tamen poterit anima bene ordinata operari temperantiam sanguinis & quietationẽ ut sit ei gaudiũ & mansuetudo. Tertia ratio est talis: Si fatum & corpora celestia essent directe cause electionũ & actuũ humanoꝝ sequeretur ꝙ homo naturali instinctu ageret̃ ad suas passiones: sicut cetera animalia in quibus nõ sũt nisi uires anime corporeis organis alligate. Nam illud quod fit ĩ istis inferioribꝰ expressione corpoꝝ celestium agitur naturaliter: & ita sequeret̃ ꝙ homo nõ esset liberi arbitrii: sed haberet actiones determinatas sicut cetere res naturales. Que omnia sunt manifeste falsa & contraria humane cõuersationi. Ergo ex hiis patet ꝙ actus humani & uoluntarii fato & corporibus celestibus nõ subdunt̃. Nunc ponende sunt auctoritates. & primo Damasceni secũdo sniaꝝ dicentis: Actuũ nostrorũ nequaq̃ sũt causa corpora celestia. Nos enim liberi arbitrii a conditore facti. Dñi etiam nostrorũ existimus actuũ. Et Gregoriꝰ Nicenus dicit: Dicunt egyptii quibusdã sacrificiis fatũ posse mutari. Et Moyses. iiii. deuteronomii dicit: Ne uideas solẽ & lunã & omnia astra celi: & errore deceptus

adores ea atq; colas que creauit dñs deus in ministeriũ cunctis gentibus que sub celo sunt. Nota in ministeriũ & non in dominiũ. Et Ambrosi⁹ in Exameron dicit: Nõ nulli tentauerũt exprimere natiuitatũ qualitates qualis futurus unusquisq; qui natus sit esset. Cum hoc non solũ uanum sit & iutile querentib⁹: sed impossibile pollicentibus. Et idẽ libro. iii. Exameron: ostendens p locũ a maiori: ꝙ celum & corpora celestia concurrũt ad generationẽ animaliũ & uegetabiliũ: tanq̃ agens uniuersale excitans & uigorans uirtutes generatiuas seminuʒ & animaliũ in regione elementari. Sic inquit: Conticescat ineptus sermo astronomorũ. Sciant omnes solẽ auctorem non esse nascentiũ. Sed ꝙ dei clementia terram relaxat. Dei indulgentia prorũpere fructus facit. Et libro. iiii. introducit naturam de sole dicentẽ: Bonus quidem est sol in ministerio nõ in imperio. Bonus mee fecunditatis adiutor: sed nõ creator: effectuũ meorum formator bonus: meorum alitor fructuũ: sed nõ auctor. Et Gregorius ĩ omelia epiphanie dicit: Absit a fideliũ cordibus ut esse aliquod fatum dicãt uitam quippe hominũ solus hanc conditor qui creauit administrat. Et Ptolomeus in Almagesti dicit: Homo sapiens dominabit̃ astris. & in centiloquio in principio dicit: Anima sapiẽtis medici dominabit̃ astris. Nam medicus adnitit̃ desiccare corpora cũ corpus celeste mouet illa ad humiditatẽ. Et Bugufarus sapiẽs in cõmẽto sup centiloquiũ Ptolomei ait: Homo sapiens & iuuat & ĩpedit celestem effectum ex uirtute sapientie que est in eo. Et Abraham

P

auenere caldeus astrologus dicit: Siquis enim preces & clamores ad celũ subleuauerit fatum suũ uincere poterit. Et Virgili⁹ prio georgicoꝝ inqt: Ingeniũ & rerũ fato prudẽtia maior. Et Quintilianus in. iiii. declamatiõe dicit: Vincitur fatum si resistas. Vincit si cõtempseris. Audi q̃ gloriose in hanc partem Crisippus stoicus concludit dicens ut adducit Auligellius in de noctibus atticis. Fato inquit quadam ratione principali. i. generata omnia fiunt: Ingenia tamen ipsa habẽt aliquid propriũ. Exemplu3. Sicut si lapidem chilindrum proiicias initium est ex nobis: sed tamen ille lapis preceps uolui tur: nõ quia id tu facias: s3 quoniam id sese modus eius & forme uolubilitas habet sic ordo & ratio & mobilitas fati genera ipsa & principia causarum mouet. Impetus uero cõsiliorum mentiumq3 nostrarum ex nobis sunt. Idcirco apud Homerum recte Iupiter de mortalibus conquerebatur dicens: Hei michi quid damnant mortales numina celi. Esse aiunt etenim per nos mala: cum tamen ipsi: Vecordi preter fatum sint mẽte dolores. Hec ille. Nunc uero idem probabitur exemplis. Plato a Phisonomo iudicatus corruptor adolescentulorum: Respondit inclinationem astrorum sapiẽtia uici. Astra enim furem uel adulterum significant: non autem furem uel adulterum faciunt. Nati sunt duo gemini. s. Iacob & Esau: geñ. xxv. Sic alter post alteru3 ut posterior plantam prioris teneret. Et tñ in uita morib⁹ diuersi: in actibus dispares: ĩ parentũ amore dissimiles fuerunt. Vno celi spacio fili⁹ regis & rustici nascunt̃: in

omnibus tñ diuersi. Nascunt̃ sub Marte masculus & femina. Illa colum ducit: alter ense triũphat. Si dicat ad hec Possidonius astronomus: Natorũ horũ causam diuersitatis fuisse exiguũ tẽporis interuallũ quod inter se gemini dũ nascerent̃ habuerũt. Rñdet ad hoc Augustinus in. v. dicẽs: Mirũ est ꝙ tam modica ꝑticula celi que transiuit tm̃ ualuerit in diuersitate uoluntatum: actuũ: morũ: casuũq; geminorũ nascentiũ: aut nõ geminorũ. Ad quod iterũ Nigidius astronomus respondet ꝙ tanta est celi rapacitas ut si alter geminoꝝ celeriter post alterum nasceret̃: in celo tamen plurimũ spacii causaret: exemplũ rote rapacissime currẽtis & ꝑcusse bis de atramento tanq̃ in uno loco: desistente postea motu: reperirent̃ duo illa puncta atramẽti maxime distãtia. Ex hac ergo distantia causata ex rapacitate celi dicit Nigidius oritur diuersitas morum & euentuũ in geminis: & non geminis simul natis. Ad quod etiam respondet Augꝰ ꝙ hoc figmentũ fragilius est q̃ uasa que illa rotatione finguntˊ. Nam si in celo respectu simul nascentiũ tã multum interest ex tam parua particula eiusdẽ cõstellationis quod cõprehendi nõ potest: quare alteri geminorũ scilicet Iacob hereditas obuenerit. Alteri uero. s. esau nõ Quomodo ergo potuerũt astronomi iudicare respectu nõ geminorum habentiũ diuersas constellationes cum quãdoq; respectu eorum maxima pars celi precesserit. Hec omnia beatus Augustinꝰ ubi supra. Ex quibus patet stulticia eorum qui horam eligunt nubendi: qui tẽpus expectant cum uxoribus cõcũbendi: qui cohibent

P

mulieres si possunt ne usq₃ ad tēpus pariant. Sicut Ne-
ctanybus astronomus cū olympiade matre Alexandri
concūbens ꝓhibuit illā uicinā partui ne puerū usq₃ ad
horam ab eo inspectam pareret: sicut legitur in historia
Alexandri magni. Noui ego doctissimū quēdam prela
tum cū astrolabio horam discessus ad episcopatū expe-
ctasse: Qui tandē cū crederet astris: de sero primo hospi
tatus in stabulo equos uisitans lapide desursū mactat̄.
Alter electa hora ab astris ducēde uxoris: transacto āno
illam cōperit cū adultero. Hinc scribit Ambro⁹ in libro
examerōn: Quā multos uidemus eiectos criminib⁹ atq₃
peccatis in meliorē statū esse cōuersos. Redempti sunt
apostoli & cōgregati ex peccatorib⁹ nō utiq₃ natiuitatis
sue hora: sed xp̄i eos sanctificauit aduentus & hora dn̄i-
ce passionis redemit a morte: latro ille dānatione capi-
tis cū dn̄o crucifixus nō beneficio natiuitatis sue. S₃ si
dei cōfessione ad paradisi gaudia transiuit: Ionā in ma-
ri nō uis natiuitatis: sed dissimulate diuine ꝓceptionis:
precipitauit offensa: Petrum de carcere angelus xp̄i nō
stellarū series liberauit. Paulū ꝑcussum a uipera: turba
tūq₃ naufragio nō remedia natiuitatis: s₃ deuotiōis me-
ritum seruabat. Sed q̄d de illis dicimus qui apostolorū
precibus cū mortui fuissent resurrexerūt: Vtrū eos sua
necessitas an apostolica gracia resuscitauit. Et q̄d opus
facit ut se ieiuniis: orationib⁹: periculisq₃ cōmitterent: si
q̄d uolebant necessitatis beneficio poterāt obtinere. hec
ille. Ergo melius ī oībus honoremus deū ꝑ iesum xp̄m
in spiritu sancto quib⁹ est honor & gloria: ut dixit Petr⁹

apostolus: Cuius ꝓuidentia & nostra libera uolūtate fa
cimus quecūq; bona uł mala facimus ꝙ ꝙ sequēdo stul
ticiam sacrilegā astronomorū negemus uoluntatē qua
peccamus. confingamus necessitatē qua delicta defen-
damus ꝑditos mores ꝑ quos in terra ab hoibus detesta
mur a sideribus inane habere mentiamur.

S Exta questiūcula est: quomodo respondent theolo
gi rationib⁹: auctoritatib⁹: & exemplis phōꝝ male
de fato supra tertia questiūcula sentientiū. Ad quā re-
spondetꝰ ꝙ theologi argutias phōꝝ: auctoritates & exē-
pla sic soluūt: & primo ad argumentū in fronte dicūt ꝙ
corpa celestia sunt causa inferiorū effectuū mediantib⁹
causis pticularibus inferioribus: que deficere possūt in
minori pte ut dictū est. Et ad ꝓbationē mioris dicūt ꝙ
oīa illa que tangit ibi Boetius: intelligūtꝰ fieri a deo me-
diantibus causis secūdis. Et iō sub fati serie continentꝰ.
sed nō est eadē ratio de oībus aliis: ut dicit Tho. pri. pte
q. cxvi. arti. iiii. ad primū. Ad auctoritates phōꝝ: astro-
nomorū: oratorū: & poetarū respondēt negando eas. Si
accipiāt fatū ꝓ cōnexione secundaꝝ causaꝝ absq; diuia
ꝓuidētia: nā cause secūde nihil agūt nisi uirtute prime.
Damascenus aūt & Ptolomeus intelligūt ꝙ corpa cele-
stia cōstituūt in nobis habitus & cōplexiones corpales
inclinatiue nō necessarie. Ad exemplū duoꝝ fratrū ge-
minorū respondet ypocras dicēs: ꝙ illud fuit qm̄ parē-
tes ut erāt corpe dispositi dum cōcubuerūt: ita primor-
dia cōceptoꝝ effici potuerūt. Deinde eadem aeris & lo-
ci. i. domus positio: similia alimēta: & uis aquaꝝ que ad

p

corpa bene uel male cõcipiẽda (medicina atteſtãte) plurimũ ualent: eedẽ etiã exercitatiões: tã ſimilia corpa fingere potuerũt: ut etiã ad egrotandũ uno tpe eiſdem cauſis ſimiliter mouerent. Hec Aug⁹. Ad illud etiã dñi Io. de lignano dicit ꝙ ideo fatum uincere nõ potuit: qa regnandi cauſa paſſionẽ tpaliter uel ſpũaliter dominãdi rationabiliter nõ repreſſit. Ad illud etiã qđ pſepe uera predicãt aſtronomi. Reſpondet Aug⁹ ꝙ illud fit a caſu uel arte uel occulto inſtictu ſpirituũ nõ bonoꝝ quibus cura eſt: falſas & noxias opiniões de aſtralibus fatis humanis mentibus inſerere atqꝫ firmare.

S Eptima queſtiuncula eſt: quid ſit fatũ ſcđm theologos & que ſcđm ipſos fato ſic uel nõ ſubdunt: & quomodo xp̃iani fatũ catholice admittere pñt: & in quibus ſcđm eos differt fatũ a ꝓuidẽtia dei. Ad quã ſic rñdet: & prio ad primũ dicẽdo ꝙ fatũ ſcđm theologos: eſt rebus mobilib⁹ inherẽs diſpoſitio: p quã diuĩa ꝓuidẽtia ſuis queqꝫ nectit ordinibus. Vel ſic: Fatuꝫ eſt ordinatio ſiue ſeries ſecũdaꝝ cauſaꝝ ad ſuos effect⁹ ꝓducendos in iſtis inferiorib⁹ ſcđm dependẽtiã quã hñt a deo. Iſta aũt ordinatio ſecũdaꝝ cauſaꝝ ad ſuos effect⁹ ꝓducẽdos põt dupliciť cõſiderari. Vno mõ ꝓut ẽ unita i ꝓſpectu diuĩe mentis ordinantis & diuidẽtis: locis: & tẽporibus: motu & formis omnia: & ſic uocať uoluntas ſiue prouidentia diuina. Alio modo ſcđm ꝙ eadem ordinatio digeſta & applicata temporibus eſt in ipſis mediis cauſis a deo ordinatis ad ſuos ꝓprios effectus producẽdos ſcđm dependentiã quã habẽt a deo: & ſic uocať fatũ. Et ſic patet

ꝙ ipsa dei uoluntas siue ꝓuidentia pōt dici fatum causa
liter. Sed ipsa dispositio & ordo causarum secundaꝝ ad
suos effectus dependēs a deo dicit᷑ fatum essentialiter.
Dicit᷑ autē ipsa dispositio causarū secundaꝝ fatū a fari:
quasi effatū diuine ꝓuidentie ut dicit Tho. iii. cōtra gē
tiles. c. xciii. Et in primo sniaꝝ. dis. xxxix. Deus eni suā
ꝓuidentiā loquit᷑ p Fatum: sicut homo cōceptus cordis
p uoces. Et sicut artifex formā de re faciēda cōceptā ma
nifestat p opis effectū. Et sic artifex qđ singularit᷑ mēta
literq; pspexerit p tpales ordies ducit ad effectū. Ita de⁹
sua ꝓuidentia simpliciter disponit facienda: & p fatum
illa multipliciter ac tpaliter administrat. Ex hiis colli-
gi possunt tria. Primo que fato subdunt᷑: & que nō. Nā
ex quo fatū scđm theologos est ordinatio secūdaꝝ cau-
sarū ad effectus diuinit⁹ ꝓuisos: sequit᷑ ꝙ illa tm̄ subdū-
tur fato que subdunt᷑ causis secundis. Si qua uero sunt
que imediate a deo fiunt cū nō subdant᷑ secūdis causis:
ergo. nec etiā subdunt᷑ fato: sicut creatio rerū primarū
scilicet quatuor coeua: uidelȝ angeli: corpa celestia: tem-
pus: materia quatuor elementoꝝ. supposita prima oiuȝ
specierū que sunt ꝓducta in principio. Glorificatio sub
stantiarū spiritualiū. Iustificatio ipiorū. Aie que de no-
uo semp creant᷑. Nam hec oia a deo imediate emanaue
rūt & creant᷑: & aliter ꝓduci nō potuerūt nec possūt. Id
circo fato nō subdūt᷑. Illa eni que a superiori fiūt & dis-
ponūt᷑ ab iferiori nō mutant᷑: ꝓpterea Boetius dicit ubi
supra ꝙ ea que sūt prime diuinitati ꝓpinqua stabiliter
fixa fatalem ordinē mobilitatis totaliter excedūt. Que

p

aũt ſunt remota a prima cauſa tanto pluribus fati nexi bus ſubiciunť tantoq; ſunt magis mobilia quanto a pri ma cauſa ſũt remotiora. Exemplum patet in Boetio de centro circuli & eius circunferentia. Sic ergo illa que a deo facta ſũt & fiũt ſibi ſoli ſubiciũť. Effectus uero alii pticulares & naturales ſubiciũť motui elementorũ mo tui celeſtiũ corporũ motui primi mobilis & tandẽ ꝓui dentie primi ĩmobilis a qua cuncta habẽt ſi quã tenent firmitatem: & ſine qua nichil in ſuo ſtatu pmanet. Nã ſubſtracto primo ſubſtrahunť ſubſequẽtia. Colligiť ſe cũdo ex ſuperioribus quomodo fideles xpiani cõcedere poſſunt eſſe fatũ. Nã ſi fatum accipiať ꝓ diſpoſitione ſi derũ ĩ qua quis cõceptus uel natus eſt neceſſitante oẽs effectus inferiores preter dei & hominũ uolũtates. Sic nos fatum eſſe negare debemus cũ Gregorio dicẽte: Ab ſit a fideliũ cordibus ut eſſe fatũ aliquid dicãt. Si autẽ fatum accipiať ꝓ diſpoſirione cauſarũ ſecũdaꝝ & ordi natione humanorũ actuũ p relationẽ ad deũ & eius ꝓ uidentiã tanq̃ p eum ordinata & prelocuta ſiue effata: ſic fatum ponere poſſumus. Licet etiam hoc noĩe ſancti doctores uti recuſauerũt ꝓpter eos qui ad uim poſitiõis ſiderũ hoc noĩe torquebãt. Vnde Auguſtin⁹ dicit in. v. de ciui. dei: Si ꝓpterea quiſq; res humanas fato tribuit: quia ipſam dei uoluntatẽ uel poteſtatẽ fati noĩe appel lat ſententiã teneat & linguã corrigat. hec ille. Colligiť tertio ex dictis differentia inter ꝓuidentiã & fatũ. Nã diſpoſitio rerũ ꝓducendarũ gubernandaꝝ & cõſeruan darũ in proſpectu diuine mentis diciť ꝓuidentia. Sed

dispositio eadē in mediis causis a deo ordinatis ad aliquos effectus ꝓducēdos & explicata tēporibus dicit̉ fatum. Item differūt: quia tā necessaria q̄ contingētia subiciunt̉ diuine ꝓuidentie: ĩmo & ipsum fatum ꝓuidentie subicit̉. Sed fato sola mobilia subiciunt̉. Item differunt qa diuina ꝓuidentia cū sit ipsa diuina ratio in sūmo omniū principe cōstituta: ut dicit Boetius est ĩ deo: fatum uero est tm̄ in secūdis causis. Item differūt: quia res existentes in deo ꝑ modū diuine ꝓuidentie sunt ibi unite & simpliciter une: scd̄m uero ꝙ subsūt fato sic sūt plures diuise: & dicunt̉ plura fata ꝑ quem modū dicit̉ a poeta: Te tua fata trahūt. Item differunt: qa diuina ꝓuidentia dicit̉ fatum causaliter inquantū ordinatio fatalis dependet & descendit ab ordinatione diuine ꝓuidentie. Sed ipsa dispositio secundarū causarū in se ipsa dicitur fatum essentialiter. Item postremo differūt: quia diuina ꝓuidentia est ĩmobilis stabilisq; manēs dans cuncta moueri. Fatum uero cum sit ĩ rebus mobilibus mobile est. Et hec satis sint ꝑ questiōe tertia de fato.

Q Varta questio prĩcipalis sub hoc nono capite ē de fortuna: An s. actus uolūtarii: casualesq; euent⁹ necessitēt̉ ab ea: circa quā qnq; questiūcule soluēt̉: q̄ꝝ quelib; ĩfra ordĩe suo notabit̉

P Rima questiūcula est: qd sit fortuna scd̄m poetas & gentiles: & quō eō pingūt: & qd ascribūt ei: & in qb⁹ male a fortuna sentiūt. Ad quā alti⁹ ordiētes R̄ndet̉ ꝙ antiq phĩ & poete de inferiorib⁹ effectib⁹: & casualib⁹ euentib⁹ inordinate cōtingētib⁹: uarie locuti sūt. Epicuri enĩ cū Democrito: effectus casuales: euētusq; hūanos

P

nulli sup̃iori determinate cause ascripserũt: ƺ casui q ca
sus (teste Burleo.ii.phisicoꝝ) ꝓprie in reb⁹ inaĩatis: irra-
tionabilib⁹ & naturalib⁹ rep̃it᷑. Alii uero nedũ effect⁹ for
tuitos & cõtingẽtes: ƺ & electiões actusq; hũanos in su-
perioré quãdã cãm cũcta necessitãtẽ reducere sũt cona-
ti: quã cãm uocauerũt fatũ: de quo lati⁹ supra dictũ est.
Fuerũt itẽ & tertii qdã phĩ gẽtiles & poete: q euẽtus for
tuitos: electionesq; & actus hũanos in cãm quandã siue
intelligentiã intellectui humano ĩ manifestã adducere
molliti sũt: quã fortunã deã appellauerũt. Eãq; sic pin-
gebant. Fingebãt enĩ idolũ siue puellã unã quã ab uni-
uersitate causandi deã noĩabant: & eã cecã pingebãt: qa
p̃terita: p̃sentia: & futura metit᷑: nã ignorãtib⁹ cũctis ab
ea bona & mala ꝓuenire dicebãt: & bifrontẽ & ante al-
bam ꝑ eufortuniis post nigrã ꝑ ĩfortuniis: ante capilla-
tam: qa tp̃e apto eufortunia iuuãt: retro uero caluã: qa
tp̃e nõ cõgruo nocẽt. Sedentẽ sup̃ rotã.i.ĩmobilit᷑ distri
buentẽ oĩa: quã rotã uoluere arbitrabãt᷑. nescit enĩ fortu
na qescere: ut dicit Seneca. Hãc dicebãt felicitare & ĩfe-
felicitare hoĩes. hãc dirigere hoĩes ĩmediate.i.absq; ꝓui
dẽtia dei ad eligendũ utilit᷑ uel nõ utiliter. hãc ponebãt
ĩprimere ĩ ĩtellectũ & uolũtatẽ hoĩs spem aut cognitio-
nẽ suoꝝ effectuũ. Hãc p̃ficiebãt oĩb⁹ distributionib⁹ bo-
nis & malis oĩb⁹ eufortuniis & ĩfortuniis. In p̃sona quo
rũ dicebat Salomõ Eccles.ix. Verti me ad aliud: & uidi
sub sole: nec uelociũ eẽ cursũ: nec fortiũ bellũ: nec sapiẽ
tũ panẽ: nec doctoꝝ diuitias: nec artificũ gr̃aƺ: ƺ tp̃s cur
susq; ĩ oĩb⁹. Et Sene.ĩ ypol᷑. ait: Res hũanas nullo ordĩe

fortuna regit spargitq; manu munera ceca peiora fouēs
Et Iuuenalis: Te facimus fortuna deā celoq; locamus.
Et Salustius in Catellinario: Profecto fortuna in oī re
dominatr. Ea cūctas res ex libidine nō ex uero celebrat
obscuratq;. Et Plutharcus libro de remedio ire in psona
Euripidis dicebat: Deus magna regit parua uero nr̄a in
fortune manibus dereliquit. Et Iuuenalis iterū: Si for-
tuna uolet fiet de rethore consul. Si uolet hec eadē fiet
de cōsule rethor. De hac cōquerebatr Euander Eneā al-
loquens: octauo eneydos: dicens: Me pulsum patria pe-
lagiq; extrema sequentē. Fortuna opm̄s & ieuitabile fa
tum: Hiis posuere locis. Et Seneca prima tragedia dice
bat: O fortuna uiris inuida fortib⁹: Quā nō eque bonis
premia diuidis. De hac Cesar cū uideret regē Farnacem
fugere a facie Pōpei dicebat: ut inqt. Q. Curtius: Quis
negat eximiā quoq; gloriā sepius fortune q̄ uirtutis esse
beneficiū. Et Cicero. ii. officiorum dicit: Magnā uim esse ī
fortuna in utrāq; partē uel secūdas ad res uel aduersas
quis ignorat. Et Iulius celsus dicebat: Efficatior est for-
tuna q̄ uirtus. Sed certe hii oēs errant. Primo qa ponūt
fortunā īprimere in intellectum & uoluntatē hoīs: quod
paulo ante reprobauimus: monstrantes esse impossibile
q̄ corpa celestia agant in intellectum humanū directe
īprimēdo speciē uel cognitionem suorū effectuū: quod
etiā Tho. iii. contra genti. c. viii. reprobādo pbat. Secū-
do errant: qa dicunt hāc fortunā hoīes fortunare & in-
fortunare: quod patet esse falsū sic: Nā fortunare pprie
est mouere aliquē uel īprimere in eū ad eligendū aliqd

P

ad finem ut consequat bonum p accidens alicui electio ni cõiunctũ. Corpora autẽ celestia siue fortuna nõ pos sunt mouere & dirigere hominẽ p influxum cuiuscũq apprehensiõis sensualis uel intellectualis: uel alicuius appetitus ad aliquod futurum eligendum: ut ei occur rat aliquis accidẽtalis & inopinatus euentus bonus ul malus: ergo. Minor autẽ pbat. Nã ppriũ nature est ten dere ad unũ ut in pluribus. Sed illud ad qd aliquis in clinatur & euentus casualis qui illi electioni cõinngit nõ sunt unũ p se cum nõ habeant ad inuicẽ aliquẽ ordi nem uel cõuentionẽ. Nã q aliqs instiget ire ad specta culũ & inueniat ibi debitorẽ. ul q inclinet a natiuitate ad fodiendũ sepulchrũ & iueniat thesaurũ nõ sũt unũ nisi p accidens: ergo sequit q hec dea siue intelligentia nõ fortunat uel infortunat. Nec etiã põt homo habere a fortuna uel a corpib' celestib' ut semp uel ut in pluri bus eligat illa qbus sũt cõiuncta p accidens aliqua cõ moda uel incõmoda: quia si sic semp aut in plurib' for tunaret uel infortunaret: ergo sequit q falsũ dicãt poe te gentiles & alii nõ ueri phi: ponẽtes etiã intelligentiã siue aliquod numẽ diuinũ siue stellã ut dictũ est. Qua ppter merito Aug'. iiii. de ciui. dei. c. xviii. predictã de fortuna opinionẽ cõfutat dicẽs: Dicitis fortunã bonam deam. s. quia edẽ accepit: aram meruit: sacra ei munera psoluunt: quomodo ergo dea si aliquando bona est: ali quando mala. An forte quando mala: dea nõ est: sed in malignũ demonem repente conuertit. quomodo etiam bona que sine ullo examine meritoru fortuito accidit

hominibus bonis & malis. Vt quid etiã colitur que ita ceca est passim i quoslibet incurrẽs ut suos cultores plerũq; pretereat & suis contẽptoribus hereat. Aut si aliqd proficiunt cultores eius ut ab illa uideant̃ & amentur: iam merito sequitur nõ fortuitu uenit: ubi est ergo diffinitio fortune. Hec ille. Ex quibus apparet confutatio poetarũ gentilium & philosophoꝝ scd̃m nomen tm̃: nichil certi aut ueri de fortuna asserentiũ.

S Ecunda questiũcula est: quid sit fortuna scd̃m philosophos & theologos. Ad quã sic respondetur: ꝙ Aristoteles. ii. phisicorũ. & Tho. in cõmento ibidem sic eam diffiniũt: Fortuna est causa p accidens in hiis que fiunt scd̃m ꝓpositum in minori parte. In qua diffinitione tangunt̃ tria que ad rationem fortune spectant. Primũ ꝙ fortuna est causa per accidẽs: unde nomen fortune q̃uis uulgariter quandoq; trahat̃ ad effectum ut dicamus: Talis fortuna contigit tali. Cũ aliquis effectus ꝓsperitatis aut diuersitatis cõtigit alicui. Nõ tamẽ hoc sonat nomen fortune. Sed ꝓprie dicit̃ fortuna illud qd̃ est causa illius effectus prosperi: ideo dicitur ꝙ fortuna nõ p se est causa effectus: sed p accidens. nã effectus per accidẽs qui cõiungit̃ cause p se & est preter rationẽ cause p se & preter rationẽ agentis: est effectus fortuitus & a causa p accidens que dicit̃ fortuna. Exempli gracia: lapidem descẽdere est p se: & hominẽ ire ad forum si hoc ꝓposuit contigit etiã esse p se. Sed ꝙ tunc dũ uadit ad forum contingat lapidẽ descendere & frãgere caput ei⁹ est p accidens: ita ꝙ iste effectus fractio capitis orit̃ ex

p

concursu duarũ causarũ. Et licet quelibet sit p se: tamẽ earũ concursus ad talem effectũ efficiendu3 qui est fra/ctio capitis dicitur esse p accidens & a fortuna. Secun/dum uero qđ ad ratione3 fortune spectat est: ꝙ fortuna est causa eorũ que fiunt in minori parte. Hoc patet per exemplũ. ꝙ enim aliquis uadat ad foru3 ꝓpter aliquid aliud: & inde deportet pecuniam quam nõ intendebat: tunc deportatio pecunie: cuius causa fuit aduentus ad forum: neq3 est ex necessitate neq3 semp: ergo in minori parte quia ut in paucioribus cõtigit. Tertium quod ad rationẽ fortune spectat est ꝙ fortuna nõ est causa eorũ que fiunt a natura: sed eorũ que fiũt scđm ꝓpositum & ab intellectu. ꝙ autẽ nõ sit a natura patet: quia natura uel ut semp uel ut frequenter. & similiter operatᷣ. For/tuna uero ut in paucioribꝰ & dissimiliter. Item neq3 in/aĩatũ neq3 puer neq3 bestia agũt a fortuna cum nõ agãt uoluntarie quasi liberũ arbitriũ hñtes. Vñ nec eufortu niũ neq3 infortuniũ in hiis accidere põt nisi similitudi/narie: Sicut quidã dixit ꝙ lapides ex qbꝰ fiũt altaria sũt bene fortunati: quia eis honor & reuerẽtia exhibetᷣ. Cũ lapides eis cõiuncti conculcentᷣ: quod dicitur per simi/tudinem ad homines in quibus honorati dicuntur for tunati. Vnde eufortuniũ est quando preter intentionẽ accidit alicui aliquod magnũ bonum. Infortuniũ uero qñ preter intentionẽ: aliquẽ sequitᷣ aliqđ magnũ malũ. Qđ si hic quispiã curiosus peteret utrum hec que sunt fortuita per accidens & casualia subdantᷣ prouidẽtie di uine. Respondetᷣ ꝙ sic: nõ tamen casualiter: cõtingenter

& fortuite: sed ꝓuise preordinate certe & necessarie. Ad quod intelligendū dicit Auicēna: ꝙ oē quod fit: pōt cō-parari ad duplicem causā: uniuersalē. s. & ꝑticularē. In ordine aūt ad causā uniuersalē nichil fit fortuite uel ca-sualiter: nam nichil in terra sine causa. s. ꝑ se fit ut dicit Iob. v. Sed bene in ordine ad causam ꝑticularē. Cuiꝰ ra-tio est: quia cū causa uniuersalis habeat finē uniuersa-liorem q̃ ꝑticularis. aliquid bene cadit certo & sub intē-tione prime cause que est uniuersalis: qđ tñ erit preter intentionē secūde cause: & sic in ordine ad primā causā que uniuersalissima est nichil fit casualiter aut fortuite Et tamē in ordine ad causas inferiores fiūt multa & fie-ri possunt casualiter & fortuite etiā scđm magis & mi-nus. Tho. etiā. iii. cōtra genti. & dn̄s Bonauētura in. ii. sn̄iaꝝ. di. xxxvii. declarātes idem sic dicūt: Licet aliqđ casuale uel fortuitū sit respectu nature & agentis ꝑticu-laris aut intellectus creati: Nichil tñ est casuale uel for-tuitū respectu ꝓuidentie dei a qua omnia ꝓuisa sunt & preordinata. Exemplū: sicut si dn̄s mittat aliquē seruū suum ad aliquē locum ad quem alium seruū ignorante primo etiā miserat: tunc cōcursus seruorū ad inuicē est preter intentionē utriusqꝫ serui missi: nō autē preter in-tentionē mittentis. Vnde talis concursus licet respectu seruorū sit fortuitus: nō tamē respectu domini respectu cuius est preordinatus & preuisus. Sic ergo dico de cō-tingentibus in hoc mūdo: que respectu secundarū cau-sarū fortuite & contingēter eueniūt: respectu tamē pri-me cause uniuersalis. s. dei a quo nichil potest subtrahi

P

nichil fortuitum uel casuale contingit: sed prouise oĩa ordinate & necessarie. Similiter etiã dico eufortunia uł infortuuia hominũ que homini contingũt per comparationẽ ad secundas causas. i. respectu celorũ: angelorũ: aliarũq; secundarũ causarũ: per comparationẽ tamẽ ad deum nichil pòt contingere: cũ nichil sit ei casuale aut improuisum: cũ omnia cadant sub ꝓuidentia sua & sub certa precognitione: intentione & sua ordinatione. Hec ex theologis & philosophis.

TErtia questiũcula est: quot & que sunt que faciũt homĩes fortunatos & infortunatos. Ad quã respõdet Tho. iii. contra gen. c. xc. & . xcii. ubi in sñia dicit: q; homo cũ sit ordinatus scdm corpus sub corporibꝰ celestibus: & scdm intellectũ sub angelis: & scdm uoluntatem sub deo tripliciter ei bonũ scdm fortunam cõtingere potest. s. a celo: ab angelo: & a deo. Q đ enĩ uoluntas alicuius hominis instigetur ad fodiendum: uel ut fodere faciat ubi thesaurum inueniat ex nulla hominis uirtute procedit. Sed hoc est uel quia disponitur a celo: uł quia illuminat̃ ab angelo: uel quia inclinatur a deo. Et hec quidẽ causalitas diuersimode est in hiis tribus. Nã primo celum inducit hominem ad aliquid eligendum cuius ipse rationem ignorat: unde fortunetur ꝑ moduꝫ cuiusdam passionis quã imprimit incorpus. Secundo angelus bonus uel malus hominẽ disponit ad eligendũ aliquid cuius rationem ignorat unde fortuuetur nõ imprimendo aliquam passionem ut celum: sed ꝑ modum cuiusdam intelligibilis considerationis illuminãdo uel

instigando ad eligendum uel cognoscendũ aliquid qđ sit bonum fieri. Nam intellectus angeli est multa ordinare in unum: nõ tamen illuminando de fine quare sit bonuз fieri. Tertio deus uoluntatem hominis inclinat ad aliquid eligendum cuius rationẽ ignorat unde fortunetur. Et hic proprie dicit hominem fortunare: quia ipse solus clare intuetur & preuidet simul omnes res & earum habitudines: intentiones & motiones: & per cõsequens omniũ rerum accidentales cõiunctiones & occursiones quod nulli cause alteri create competere potest naturaliter. Et ideo solus deus proprie & efficaciter hominẽ fortunare potest: non autem celi aut homo aut angelus nõ intuentes aut preuidentes omnia predicta. De hiis tribus fortunãtibus hominẽ loquitur Augustinus. v. de ciui. dei dicens: Fortuna est causa latẽs a deo uel celo uel a spiritibus quibuscunqз prouenciens. Concordat huic sentẽtie Augustini Nicolaus de lyra ĩ principio super psalterium dicens: ꝙ motus bene fortunati uel infortunati est a deo inquantũ mouet uoluntatem nostram ad aliquid eligendum cuius rationem ignorat Vel a causa naturali. s. ab influentia orbis uel intelligẽtia motoris: uel ab utroqз simul uel ab ipsis spiritibꝰ bonis uel malis: a celis per modum cuiusdã passionis quã imprimit corporibus nostris. Ab angelis inquantũ illuminant intellectum nostrum: uel deordinant si sunt mali. hec ille. Et hoc modo fortuna proprie dicitur ipsa diuina prouidentia: quã blasphemant qui fortune maledicunt. Pro quorum tamen clariori euidentia hic no

p

tanda sunt quinq;· Primum notabile est q cum eufortunari uel infortunari dicat proprie quando quis dirigitur a superioribus causis ad efficaciter eligendum uel exequendum facere aliquid uel omittere: cui cōiungitur per accidens aliquis sibi inopinatus euentus bonus uel malus· Ideo diuersimode celi: angeli & deus dicuntur hominem eufortunare uel infortunare· Nā celi dicuntur eufortunare scilicet cōmuniter inquantū imprimunt in corpus aliquam passionem per quā uoluntas inclinatur ad exequendum aliquid quod ignorat unde sibi bonum contingat· Angeli autem dicuntur magis proprie q̄ celi eufortunare cum illuminant uel instigāt intellectū unde postea uoluntas inclinetur ad exequēdum aliquid quod ignorat unde bonum sibi cōtingat· Propriissime autem dicit aliquis eufortunari: quando uoluntas alicuius inclinatur a deo: illuminatur ab angelis: inclinatur a celis ad exequendum aliquid quod ignorat unde bonum sibi contingat· Et econuerso· Cōmuniter aliquis dicitur infortunari quando uoluntas eius inclinatur & uult & cōsequenter agit contraria ad que mouet celū· Magis proprie dicit infortunari quando uoluntas eius & electio inclinatur & agit contraria ad que celum inclinat & angelus instigat· Nam homo nō semper eligit illud ad quod angelus intendit & corpus celeste inclinat· Et ideo licet in omni re nūq̄ cesset prouidentia diuina· Angelus autem quandoq; dicitur deficere a custodia hominū inquantū homo potest nō eligere illud ad quod āgelus mouet: scdm illud Iere· l·

Curauimus Babilonē & non est curata derelinquamus
eam. Propriissime autē tunc dicit aliquis male fortuna
ri quando uolūtas eius ex certa intentiōe conat & agit
contraria ad que inclinat celum instigat angelus & mo
uet deus. Sicut de quodā scribit Iere. xxii. Scribe uirū
istum sterilem qui in diebus suis nō psperabit. Secun
dum notabile est q deus & angeli uariis de causis for-
tunant & infortunāt homines bonos & malos. Nā bo-
nos infortunant quādoq in penam alicuius culpe aut
stulticie aut in exercitiū uirtutis. s. prudentie: patientie
zc. Malos autē quandoq fortunāt ad retrahendū a ma
lo uel ut remunerent de bonis in peccato factis zc. Ideo
in omnibus gracias deo exhibere debemus. Tertiū no
tabile est q homo fortunatus uel infortunatus dicit re-
spectu bonorū corporaliū nō spiritualiū. Cuius ratio ē
quia hō tūc dicit bene uel male fortunatus: quādo preter
intentionē sibi accidit aliquod bonū uel malū ut patet
supra: sed bona spūalia uel mala nō possūt preter inten
tionē euenire cū in electione cōsistāt: ergo zc. Quartū
notabile est q magna ē benignitas dei erga hoīes i hoc
q nō solū eis bona adiūgit de cōi cursu nature & etiam
manifeste supnaturaliter. Sed etiā occulte p modū for-
tunatiōis multiplicādo bona inopinate & mala remo-
uendo. Quintū notabile est q exquo nec hō nec ange
lus de cōmuni lege possunt omnia mala puidere & oēs
causas accidentales & inopinatas precognoscere nisi so
lus deus: & fortuna uel infortuna est cā p accidēs zc. Iō
deo ī oībus casualibus piculis cōtingētibus nobis: debemus

nos cõmittere ut nos ab illis preseruet: de quibus periculis casualibus loquit᷑ Aug⁹·xxii·de ciui·dei·c·xxii·dicens: S; p̄ter pueriles penas zc̄·hec ex theologis & phis.

Q Varta questiũcula est: quot sunt cõditiones fortune· Ad quã sic respondet᷑ ꝙ licet multe sunt conditiones eius: tñ principaliores sunt nouẽ· Quarũ prima est ꝙ fortuna ĩpellit hominẽ sine ꝓpria ratione hoĩs fortunati· Q đ patet: quia ĩpetus ille quẽ bene fortunati sequunt᷑ sunt sine ratione· Patet qa si ab aliquo bene fortunato querat᷑ quare sequit᷑ talẽ impetũ nesciet rationẽ reddere· S; dicet hoc facio qa sic michi dictat cor· & ita ꝑ ratione beneplacitum uoluntatis & dictamen cordis assignabit dicẽs: Sic placet michi: & ita dictat cor· Secunda cõditio fortune est ꝙ ipsa excedit & superat prudentiã hominũ sapientũ: cuius ratio est: qa tales· s· bene fortunatos oportet suscipere illũ instinctu; diuinũ qui superat oẽm sensum & oẽm intellectũ· Vnde oĩs hoĩu; prudentia circa fortunã bonã uel malã nichil penitus ĩnouare põt· Tertia cõditio fortune ẽ ꝙ illa magis fauet simplicib⁹ & stultis q̃ sapientib⁹· Q đ ꝓbat᷑ dupliciter: ratione & exemplo. Ratiõe sic: Quia ille est magis fortunatus qui magis sequit᷑ diuinũ instinctũ· S; simplices ãmissa rõne & nõ dediti exteriorib⁹ actionib⁹ magis ꝑcipiunt & sequũt᷑ interiores instinctus & diuinos ĩpetus: q̃ faciant sapiẽtes q rationẽ sequũt᷑: ergo· Secũdo p; idẽ exemplo: Sicut enĩ ceci ãmissis oculis magis memorãt᷑: & firmius retinent que memorant᷑: sic simplices ãmissa rõne magis sequunt᷑ diuinos instinctus· Nam pluribus

intẽtus minor est ad singula sensus. Unde uidemus se-
pius stultos in preliis uincere: ludis taxillorũ ditari: &
multa eufortunia talibus euenire: quare ꝓuerbiũ extat
quasi ꝓbatũ uerbũ dicẽs: Fortuna idio che pocho senno
basta. Et iterum: Ubi fortuna ibi debilitas intellectus.
Quarta conditio fortune est ꝙ fortuna est mixta: unde
in hac uita nullus reperit̃ ita felix & fortunatus: quin ĩ
aliquo sit male fortunatus. Unde Aug⁹ de hoc rationem
assignãs sermone. xxix. sup̱ Matheũ dicit: Ideo deus fe
licitatibus terrenis amaritudines ĩmiscet ut alia quera-
tur felicitas cuius dulcedo non est fallax: discurre p̱ oẽs
qui appellati sunt felices. Quinta cõditio fortune est ꝙ
sit equa & iusta ex eo quia sepius boni uident̃ esse infor
tunati. Unde greg⁹. xv. moraliũ dicit: Presentis uite ꝓ-
speritas ĩnocentie testis nõ est: quia multi ad perhennẽ
uitã p̱ flagella redeunt: & pleriq; ad infinita supplicia
sine flagellis deducunt̃. Et iterũ greg⁹ in quadã omelia
dicit: Presentis uite ꝓsperitas aliqñ dat̃ ut ad meliorẽ ui
tam ꝓuocet: aliqñ ut ineternũ plenius dãnet. Et iõ nul-
lus debet gaudere de peccatore bene fortunato. Uñ Au
gustin⁹ sup̱ psalmos ait: Nemo gratuletur homini qui
prosperat̃ in uita sua cuius peccatis deest ultor: & adest
laudator maior hec ira domini ẽ. Irritauit enĩ dominũ
peccator ut hic correptiõis flagellũ nõ patiatur. Sexta
conditio est quia habet defectum ueritatis. Multa enĩ
credim⁹ eẽ fortunata que nõ sũt: & ecõuerso. Et iõ diligẽ
ter debemus attendere circa fortunam bonã uel malã.
Unde Augustinus de uerbis dñi: Magne uirtutis est cũ

p

felicitate luctari: Magne felicitatis est felicitate nõ uin-
ci. Septima conditio est: quia ipsa est instabilis. Nã bo-
na fortuna huius mundi parum durat. Vnde Innocen
tius libro de uilitate conditionis humane dicit: Subito
cum nõ suspicatur infortuniuз accidit: calamitas irruit
mors intercipit quam nullus euadit. Vnde Seneca epi
stola. iiii. Neminem eo fortuna ꝓuexit ut nõ tm̃ illi mi-
netur quantũ promiserat. Noli huic tranquillitati con
fidere: momento mare euertitur & eodem die ubi luse-
runt nauigia sorbẽtur. Vnde uerba fortune Boetius re-
citans inquit: Hunc continuũ ludum ludimus infima
summis & sũma infimis mutare gaudemus. Octaua cõ
ditio est cecitas. Vnde pagani fortunam cecam pinge-
bant: eo ꝙ passim in quoslibet incurrens sine ullo exa-
mine meritorũ ad bonos & malos uenit. Nõ autem di-
citur ceca: quia ipsa ceca sit: sed quia cecos plerũqз facit
quos complectitur. Vnde Liuius dicit: Raro cõtingit
simul hoĩbus bonã fortunã bonãqз mentẽ dari. Et Boe-
tius inqt: Fortuna quẽ fouet: cecũ facit & stultũ. Et Iu-
uenalis li. ii. dicit: Rarus enĩ ferme sensus cõis ĩ illa. Et
Tullius de amicitia inqt: Fortuna nõ mediocriter igna
ros multos excecauit: cuius contrariũ prudenti accidit.
Vñ Seneca: Fortune instabilitas prudẽtis animũ nõ cõ
quassat. Nã uirtuosus neqз fortuna bona extollitur: qa
nullũ bonũ exterius est qđ ipse multum appretiet: neqз
mala forruna deprimit́: qa nullo ĩfortunio tm̃ tristat́ ꝙ
a uia rõnis declinet: ut etiã. iiii. ethicorũ. dicit phũs de
magnanimo. Nona conditio fortune est ꝙ ipsa nunq̃

pfecta est:Nam pfectum dicit᷑ cui nichil deest. Nullus aũt in hac uita ita fortunatus est cui nõ desit aliquid & cui sufficiat id quod habet:quiq; cũ sua felicitate infinitas nõ hẽat amaritudĩes. Vñ dicebat Boeti⁹ ĩ.ii.de cõso. Quã multis amaritudinib⁹ humane felicitatis dulcedo respersa est:que si etiã fruenti iocũda esse uideat᷑ tñ quo minus cũ uelit hãc retinere nõ põt.hec ex theo.& phis.

Quinta questiũcula est:An medici:lusores:milites: agricole:fortunẽt᷑ ab astris in opibus suis. Ad quã primo uidet᷑ respondendũ affirmatiue sic: Nã sicut uidemus q̄ quedã inaĩata corpa siue naturalia quasdã occultas uires & efficientias singulares a celestibus corporibus & eorũ impressionib⁹ cõsequũt᷑ preter eas que cõsequũt᷑ ad qualitates actiuas & passiuas elementorũ:sicut magnes trahere ferrũ habet ex uirtute celestis corporis.Et lapides quidã & herbe alias habẽt a celo occultas uirtutes. Ita nichil ꝓhibet q̄ aliquis homo habeat ex ĩpressione celestis corpis aliquã singularẽ efficatiam in aliquibus corpalibus ꝓspere faciendis quã alius non habet ut medicus in sanando & agricola & miles. Rño dicendũ q̄ diuersimode ad hanc questionẽ respondent Auicẽna:dñs Henricus de Assia: & scũs Tho.iii.contra gentiles.Nam Auicenna dicit:q̄ medicus:agricola:lusor & miles zc.nõ ꝓsperant᷑ ultra alios hoies ĩ opib⁹ suis ex ĩpressione aliqua celoꝝ in natiuitatib⁹ suis.Sed illud põt esse ex forti imaginatione hoĩs que magne efficatie & mirabiles effectus operat᷑:non solum in hoĩe sed etiã in materia exteriori ut patet de fascinatiõe uetularũ:ut

P

in tertia decade dicet᷑. Dicit ergo Auicēna ꝙ sicut luso-
ri habenti imaginationē fortiorem & uehementiorē de
aliquo numero optato citius euenit numerus quem ele
git in taxillis q̄ alteri nō habenti ita fortem imaginatio
nem. Ita etiā medicus: miles: agricola fortius imaginā-
tes & uehementius intendētes in effectus optatos forti⁹
& melius operabunt᷑ ceteris medicis: agricolis: militib⁹
nō sic uehementer intendentib⁹ in similib⁹ effectib⁹. Sʒ
hoc nō ualet: qa dicta positio Auicēne de uirtute ima-
ginatiua in materiā interiorē uel exteriorē tanq̄ uanam
& fantasticā: tam a phis q̄ a theologis reprobat᷑ funda-
mentū nō habens nec in ratione nec in experiētia: ut. s.
Tho. adducit. iii. cōtra gen. c. ciii. & prima pte. q. cxvi.
ꝑut infra ꝑbabit᷑ in tertia decade nono capite. Alia est
opinio dn̄i mgr̄i Henrici de Assia sup gen̄. qui tenet cō-
tra Tho. dicentis: ꝙ a nulla dispositiōe celi hoibus ꝑue-
nire potest ut magis ꝑfectuose ultra alios homīes agāt
que intendūt: patet dicit ipse quia una uirtus naturali
ter agens semp tendit ad eundē effectū in simili passu.
Sed uidemus ꝙ nō semp datus miles: medicus: agrico-
la uel lusor tendit ad eundē effectū in simili passu: ergo
Verbi gracia: si in sorte ludente ad taxillos esset aliqua
occulta uirtus naturalis non posset fieri quin semp aut
frequenter eueniret illud ad q̄d a celis sor. est inclinat⁹.
Nā si uirtus celestis in sorte iam uertit taxillos ad septē
oculos semp mouebit eos taliter: siue eligat septem siue
quēcūq; alium numerū: quod tn̄ uidet᷑ esse falsum & cō
tra experientiā: ergo. Et similiter est dicēdū de medico:

agricola & milite. Et iste si petatur a quo accidit hec prosperitas in ludendo: diceret quod quandoque prouenit a deo ut quis aliquod exercitium pre ceteris agat magis prospere. Vnde & sacra scriptura directioni dei attribuit huiusmodi: ut patet gen. xxx. in educatione animalium Laban sub cura & contractione Iacob. Et gen. xxxix. Prosperitas negociorum Pultifaris in manibus Ioseph: deo attribuitur & non fato natali: In ludo autem taxillorum uel similibus negociis potest quis fortunari solum a spiritibus bonis uel malis: qui quidem occulta cooperatione facere possunt uel mouendo taxillos in aere uel in manu proiicientis sic ut quicquid unus elegerit super taxillos hoc semper ei eueniat & non alteri. Similiter dicit dominus Henricus de medicis quod unus medicus ceteris paribus ex parte artis medicine & ex parte experientie infirmi & medicinarum applicatione & morum: non est magis & minus sanatiuus quam alter nisi forte per accidens inquantum unus medicus esset cuiusdam corrupte aut contagiose & pestifere complexionis que inficeret per uisum: tactum uel anhelitum infirmos: sicut basiliscus inficit per uisum: & mulier immunda speculum: & ita econuerso esset imaginandum de complexione medici sani hilaris uiuacis & salubris qui ceteris paribus plus proficit infirmo quam alter medicus infirmus &c. Item plus proficit infirmo medicus deuotus qui in pratica sua recurrit de nocte ad iesum christum petens dirigi ad salutem infirmi quem in sua cura habet quam alter ceteris paribus qui tamen confidit in arte christo contempto: ut patet in medicis deuotis & in iudeis medentibus. Similiter etiam dicit de milite & rustico qui si credantur a celis habere quod ceteris

p

paribus ille fortunati⁹ pugnet altero: & ꝙ bladum semi natum de manu unius rustici melius pueniat q̄ semina tum similiter in eodē agro: similiter prato & in eodē tpe ab alio rustico supstitiosū est: & uident̄ isti fatali supsti tioni fauere. Rursum etiā iste dicit ꝙ positio hec posset esse infidelib⁹ & fantasticis occasio opinandi ꝙ xp̄s fue rit sic natus ꝙ cōtraxerit a celo quandā uirtutē mirabi lem sanatiuā: oēs quos tangeret uel uideret: sanans p ui sum naturaliter: sicut basiliscus interficit. Et addit pre dictus ꝙ qui tenēt affirmatiuā quesiti esse uerā: amplexant̄ supstitiosam illā opinionē de imaginib⁹ astrologi cis ꝙ res naturales fixe reciperēt tales ip̄ssiōes ab astris imo crederet̄ ꝙ res artificiales ut pote imagines fabrica te sub certis stellarū habitudinib⁹ reciperēt ipressiōes a stellis: que opinio ut dicit est uanissima. Et p̄dict⁹ Hen ricus respōdet Tho. de magnete dicēs: ꝙ magnes nō ha bet uirtutē attractiuā ferri supipressā a celo accidētalit̄ sꝫ illā hēt tāq̄ secūdā q̄litatē a tota specie cōsequentē suā cōplexionē specificā: queadmodū ē de uirib⁹ herbarū & lapidū & seminū: que uirtutes nō hn̄t a corpib⁹ celestib⁹ supifluxas: sꝫ oīno cōsequēter se hn̄tes ad cōplexiōes & formas specificas coꝝ. Scūs Tho. uero tenet ꝙ sicut na turalia corpa sortiunt̄ uirtutes quasdā occultas cōsequē tes speciē ex ipressione celestiuꝫ corporū: ita etiā aliqui hoies ex ipressiōe celoꝝ in coꝝ natiuitatibus cōsequūt̄ aliq̄s uirtutes occultas q̄bus ꝓspere & profectuose ultra alios hoies agāt que itendūt. & tenet hoc i.iii.cōtra gē. c. & ēt i.22.q.66.ar.ii. ubi dicit ꝙ lꝫ nālia corpa sortiāt̄

aliquā uirtutem occultam a corporib⁹ celestibus ut di-
ctum est: imagines tñ formate ab astronomis a corpori
bus celestib⁹ nullā habēt uirtutē. Sed si quā uident̄ ha-
bere illa est ex opatione demonū: cuius signuz est dicit
ipse quia oportet inscribi quosdā caracteres qui natura
liter nichil operāt̄. Et ponit ibidē differentiā inter ima
gines astronomas & nigromanticas dicens ꝙ in imagi
nibus nigromanticis fiunt expresse inuocatiōes: presti-
gia & expressa pacta cū demonib⁹. In astronomis autē
imaginibus sunt pacta tacita ꝑ signa quarūdam figura
rū seu caracterū: ideo ambe huiusmodi imagines repro
bant̄ in decretis. xxvi. q. ii. c. illos. Que autē istarū opi-
nionū. s. sci Tho. & dñi Henrici sit tenenda nō est men
sure neqꝫ ignorantie mee iudicare. Ego uero tenerē uiā
ad quam pauciora sequerent̄ incōuenientia. Hec ex in-
ductis intra questiūculam.

Q Vinta questio principalis huius noni capitis
est de pratica diuinatoria effectuuz futurorū
ex astris & imaginibus siue in celo stellarum
cōgregationibus. Circa quā tres questiūcule
soluent̄: quarū quelibet infra suo ordine declarabit̄.

P Rima questiūcula est: Si deus a principio in celo
stellato. i. firmamento posuit stellas scdm aliquas
formas uel imagines animaliū & specierū mūdi infe-
rioris. Ad quam uidet̄ primo respondendū affirmatiue
Nā sacra scriptura expressam mentionē facit de aliqui-
bus glomerationib⁹ stellarū quas deus in principio cō-
stituit & disposuit ī celo: ergo: ꝓbat̄ antecedēs. Nā Iob

P

xxxviii·dicit dñs: Nũquid cõiungere ualebis micantes
stellas pliades aut girũ arturi poteris dissipare: nũquid
ordinẽ nosti celi & pones rationẽ ei⁹ in terra. Et ipse Iob
de deo·ix·c·dicit: Qui extendit celos solus & egreditur
sup fluctus maris· Qui facit arturũ & orionas & yadas
& interiora austri· Qui facit magna & incõprehẽsibilia
solus· Et iterũ Amos·v· Qui couertitis in absintiũ iu-
diciũ: & iusticiã in terra relinquitis faciẽtes arturũ orio
nem· Ergo ex sacra scriptura potest haberi ꝙ de⁹ ex stel
lis constituit dictas imagines de quibus faciũt menti o
nem omnes astronomi· Nã arturus est imago urse circa
polum articũ situata in qua septẽ stelle nobiliores qua-
si currũ faciunt habentẽ themonẽ· Item stelle que uo-
cant̃ hyades & pliades sunt in celo in quadaꝫ imagine
scd̃m astrologos· Itẽ orion est imago uiri armati terribi
lis tenẽtis ensem qui & audax dicit̃: & ut apparet ex ta
bula stellarũ fixarũ que ponit̃ septima distinctione Al-
magesti· Figura orionis complectit̃ uiginti octo stellas
& situat̃ in parte mirabili celi ante uestigia tauri ut di-
cit Isidorus li·iii· Posuit etiã deus dicũt astronomi ĩ ce-
lo alias imagines·48·de quibus oĩbus nõ facit mentio-
nem sacra scriptura·s·xii·in zodiaco·s· Arietẽ: Taurum
Geminos: Cancrũ zc· Et triginta octo extra zodiacũ·s·
imaginẽ draconis fluxuose situati circa polũ articũ: in
qua imagine scd̃m Ptolomeũ sunt·xxxiii·stelle· Et cir-
ca illũ draconẽ sunt due imagines ursarũ·s· minoris &
maioris· Item inter illas·xxxviii·imagines: est imago
persei·i·imago uiri deferẽtis caput algol·i·diaboli. Rur

ſum ē ibi imago hoīs īflāmati uel flāmis cīcti:Ibi ē ima
go ſaltatoris:imago iuculatoris:imagīes duoꝝ uulturū
imagīes ſerpētū:ſcorpionū:canū:lupi:leporis:cerui pe/
gaſei:eq alati:imago ydrie:imago centauri:cuiꝰ anterior
ps ē hoīs & poſterior eq: & ita de aliis huiuſmōi formis
mōſtruoſis:ſicut ī picturis aſtronomoꝝ uideri pōt & ſo
let zē. Sꝫ ī cōtrariū ē qa dicit ſcriptura geñ. ii. Igit̄ pfecti
ſint̄ celi & oēs ornatꝰ eoꝝ. Qualē aūt ornatū & pfectiōeꝫ
hr̄et celū ſi ex chimericis mōſtruoſitatibꝰ & imaginibꝰ
fabricatis nō a deo:ſꝫ a diabolo cōſtaret. R ño dicēdū ꝙ
ſicut tortuoſus fallax draco & princeps mūdi huiꝰ q oli
terrā uariis idoloꝝ mōſtruoſis imaginibꝰ īpleuit ſugge
rendo p̄fecit cuilibet generi rerū aliquē deū. Ita deo p/
mittēte opus pulcherrimū & glorioſū dei. ſ. celū qd̄ deꝰ
cōſtituit mortalibꝰ ad obiectū religioſe cōtēplatiōis at/
tētauit īplere imaginibꝰ in qbꝰ ipſe apparere cōſueuit &
illud facere ſpeculū ſupſtitioſe diuīatiōis. Nā ſi dn̄s deꝰ
formas & imagines aīaliū poſuiſſet in celo ut aliqs uul/
tus fixus aīalibus terrenis correſpōderet a quo depende
rēt formarent̄ indiuidua cōſeruarēt̄ & uultuarent̄ ſicut
poſuit imagines ī celo beſtiarū ferociū & uiliū atqꝫ chi/
meraꝝ inutiliū. Multo magis ibidē poſuiſſet imagines
mitiū & utiliū aīaliū & aliquoꝝ hoīuꝫ uirtuoſoꝝ. Sꝫ ui
demus ī celo nō imaginē colūbe:ſꝫ cerui. nō agni ſꝫ hir/
ci. nō crucis & crucifixi:nō ſacerdotis:ſꝫ ioculatoris. Er
go opm̄s deus magis ſollicitꝰ fuit de conſeruatiōe aīaliū
ferociū:ranaꝝ:ſerpentū:īutiliū q̄ mitiū:hoībꝰ in multis
ſubſeruientiū. Ergo falſuꝫ ē ꝙ a deo tales imagīes inter
ſtellas celi ſint formate. Itē ſi dn̄s deꝰ ſubiecit unāquāqꝫ
ſpeciē generabiliū & corruptibiliū ſue imagini in celo

P

ubi ē imago uitis:imago arboris pomiferi:imago tritici & ceterarꝝ spēꝝ hūano usui p̄cipue necessariarū. Iō bñ dicebat Isido.li.3.ethi.q postq̄ iterp̄tat⁹ ē noīa extranea dictarꝝ imaginū subiūgit:alioꝝ signoꝝ obseruatiōes uł cetere res sup̄stitiose que se ad cognitionē sideꝝ iūgūt fi dei nr̄e sine dubio cōtraria sūt & sic ignorari debēt a xp̄i anis ut nec scripta eē ēt uideāť. Nā nōnulli siderū pul chritudīe allecti ī lapsū stellarꝝ cecitatis mētib⁹ corruerūt ita ꝙ p supputatiōes noxias que matheses dicūť euētus rerū p̄sepe p̄scire posse conenť:quos nō solū xp̄iane reli giōis auctores:sȝ ēt gētiliū Plato Aristoteles atq; alii re rū ueritate cōcordi sn̄ia dānauerūt dicētes cōfusionē re rū poti⁹ de tali p̄suasiōe gnāri q̄ p̄ficere quoquo mō hūa ne felicitati.hec ille. Ex quo dicto Isidori tria habenť. Primū ꝙ mł̄ta sup̄stitiosa adiūcta sūt cōsideratōi astro rū.Scd̄m ꝙ cōiecturatio de futuris ē poti⁹ ī cōfusionē re rū hūanarꝝ q̄ ad direptionē earꝝ. Vñ sōnia cogitationes hoīuȝ ex astris cōsiderare sup̄stitiosū ē. Tertiū ꝙ reales & p̄fecti phī diligētes reꝝ cōsideratores ex suis pricipiis ponūt hoc negociū sup̄stitiosū eē. Vñ de Platōe & Aris totele subdit Isidor⁹. Vñ q̄uis ipsi nō fuerit celesti sapīe dediti ueritatis tñ testionio errores eoꝝ merito p̄tulerūt hec ille. Ad obiecta aūt ī fronte questiūcule posita pate bit rn̄sio ī ultīo tertie questiūcule. Ex hērico ubi supra.

S Ecūda.q.est:si aliquo rōnabili mō & nō uane & su p̄stitiose potuerūt transferri in celo tales imagīes. Ad quā sic rn̄deť ꝙ qnq; cē repiūť trāslatōis ī celo taliū imagiū.Prīa cā assignať a poetis.nā poete fingūt arietē ī celo ī hōorē iouis quē cornua arietis ī capite hr̄e dicūt

Et simile est de anima & corpore. Et hec de prima deca
de dicta sufficiant.

A Bsoluta Illustrissime princeps spirãte deo prima animarum separaatarum decade: Secundam ut promisimus kalo demonũ.i. bonorũ & peritorũ angelorum aias custodientiũ bono numine aggrediemur. Eritq; huius secũde decadis: primũ caput de esse & essentia ipsorũ: circa quod quinq; questiũcule soluent: quarum quelibet infra suo ordine declarabitur.

P Rima questiũcula est: si angeli q latine nũcii. uel hebraice ab a qd est sine: & geos terra q̃si sine terra dicunt: existãt & repiant scdm rei ueritaté. Ad quã respondet q ut Aristoteles dicit. iiii. phisicorum. Antiqui phi nõ crediderũt esse aliqs substantias incorporeas: sz existimabãt oia entia esse corporea. Ratio erat ut dictũ est supra prima questiõe prime decadis: qa nesciebant distinguere inter sensũ & intellectũ. Et in hũc errorem etiã ceciderũt saducei dicentes: nõ esse neq; spiritũ: neq; angelũ: neq; aiam sepatã. Sz pbat angelos esse rõne: auctoritate: & exemplis. Rõne sic: Nã ad pfectioné mũdi requirit ut ois gradus creaturarum repiat. inuenit aũt spiritus unitus corpori ut in hoie. Et corpus inuenit separatũ a spũ ut in lapide. Ergo oportet q iueniat spũs separatus a corpore: ut é angelus. Ratio aũt huius est qa aliqd inuenit compositũ ex duobus: & unũ illorum duorum quod est numerũ perfectũ iuenit per se ut corpus sine spũ: Ergo oportet q alterũ quod é magis pfectũ repiat p se ut spũs sine corpe qd est angelus. Tho. ii. cõtra gẽ. c. xlviii. Probat scdo auctoritate: & primo phi. i. de aia

dicẽtis: q̄ extra celũ nõ est tẽpus neq; locus neq; uacuũ sed sũt ibi entia ĩpassibilia & inalterabilia optimã uitã ducẽtia in toto sempiterno. Et Auicẽna in metha. ponit intelligentias esse & unã alterius creatricẽ. Sicq; quodã ordine emanare a primo ente. Tertio ꝓbat̃ exemplis: & prio Thobie. iiii. Angelus dñi comitet̃ uobiscũ. Et ysaie xxxiiii. A uoce angeli fugit populus zc̃. Vide alia exem pla existẽtie angeloꝝ in sacris & romanis literris si pla/ cet: ubi inuenies supiora ꝓbari. hec ex theologis & phis

S Ecũda questiũcula est: quid sũt spũs quos angelos appellamus. Ad quã respondet Damascenus li. ii. sniaꝝ. c. iii. dicẽs: Angelus est substantia intellectualis semp̱ mobilis: arbitrio libera incorporea deo ministrãs ĩmortalitatẽ accipiẽs gr̃a & nõ natura: cuius substantie speciẽ & terminũ solus q creator est nouit. Dicit̃ substã tia nõ tñ cõposita ex materia & forma: sʒ ex esse & essen/ tia intellectualis: qa sine discursu & ratiocinio ĩtelligit p̱ species rerũ ĩnatas: nõ p̱ collationẽ ut hoĩes ratiocinã/ do & acquirẽdo species a sensibus & p̱ fantasmata atq; idola mobilis: natura: intelligentia & uolũtate. Natura qa creatũ oẽ in nichilũ uertibile est. Intelligẽtia qa an/ gelus ĩ ĩtelligẽdo habet uicissitudinẽ unius post aliud. Volũtate qa nõ simul uult hoc & illud: sed unum post aliud. dicit̃ semp̱ quia ante cõfirmationẽ & post habet hãc supradictã mobilitatẽ. Vel dicit̃ semp̱ mobilis quia semp̱ est actu intelligẽs nõ qñq; potẽtia ut nos: ut dicit Tho. pri. pte. q. l. arti. i. Arbitrio libera: non ad bonũ & malũ: sʒ in libera electione eius qd̄ uoluerit. Incorporea

respectu nostri: quia respectu simplicitatis dei est quasi corporeus: nō ita tñ ut sicut corpa loco circūscribat: sed quia loco diffinitiue pprio continet cū deus nec circū-scriptiue: nec diffinitiue loco aliquo pprio cōtineat: sed ubiqꝫ & celū & terrā impleat: deo ministrās large intel ligēdo quocūqꝫ siue assistēdo siue aliter mistrando uel seruiēdo: imortalitatē accipiēs zc. inquātū p donū gra-tuitū cōseruat inesse & nō natura nā & ipse sicut & cun cta i nichilū tēderēt nisi ipsuꝫ & oīa manus oīpotētis cō tineret. hec Alber. magn⁹ li. de q̄atuor coeuis: coeuo q̄rto

Tertia questiūcula est: quot sunt celestes spūs quos angelos uocamus. Ad quā aliter respōdet Aristote les aliter Plato: aliter theologi. Nā scđm Aristotelē. xii. metha. Substātie imateriales sunt in aliquo decreto nu mero. s. in numero lationū & motuū orbiuꝫ & corporū celestiū. Motus aūt orbium ut dicit se sufficienter pro-basse sunt. 55. ergo tot sunt angeli. Sed qm̄ phūs dicit hoc esse. s. rationabile & pbabile & nō necessarium: pro pterea ut dicit Tho. in cōmento. xii. metha. relinquen-dū est tale necessariū. s. motuū orbiū & lationū corpoꝝ celestiū & p consequēs angelorū. Fortioribus & poten-tioribus ipso Aristotele. s. astronomis. Plato autē posuit ut sibi imponit ab Aristotele numerū substantiaꝝ sepa ratarū scđm numerū specierū sensibiliū. Nā posuit sub stantias separatas esse species rerū sensibiliū. Quomodo aūt hee due opiniōes possint habere ueritatē: uide Tho. pri. pte. q. l. ar. iii. Theologi uero dicūt ꝙ numerus an-gelorū est maximus: qđ dupliciter pbant: rōne: & aucto

S

ritatibus. primo rõne sic: Nã numerus angeloꝝ stantiũ uel remanentiũ ĩ celo fuit maior q̃ numerus cadentiũ: sicut dicit mgr̃ sniaꝝ in. ii. di. vi. cuius ratio est: qa in angelis bonũ est ut in pluribus eo ꝙ sũt intellectualis nature. Malum uero in angelis est ut in paucioribꝰ. In hominibus aũt est oppositũ. s. ꝙ in eis malũ est ut in pluribus: bonũ uero ut ĩ paucioribꝰ: tũ pp corruptionẽ nature ex pctõ originali: tũ qa sensibilia sũt nobis magis nota ex qbꝰ hoĩes magis sequũtᷣ sẽsũ q̃ ĩtellectũ: ergo. Et cõfirmatᷣ hec rõ qa quelibet aĩa hẽt a sua natiuitate ut ĩ fra dicetᷣ angelũ bonũ ad custodiã: & malũ ad exercitiũ Sꝫ numerꝰ hoĩuꝫ simlᷣ uiuẽtiũ ẽ maximꝰ: ergo seqᷣtᷣ ꝙ angeli custodiẽtes sũt ĩ maxĩo numero nobis uero ignoto & forte plures q̃ oẽs angeli mali & dãnati simul. Scđo ꝓbatᷣ auctoritatibꝰ: & prĩa Dionysii. ix. c. celestis ierar. dicẽtis: Multi sũt btĩ exercitꝰ supnaꝝ mentiũ ĩ firmã & cõstrictã excedẽtes nr̃oꝝ materialiũ numeroꝝ cõmẽsurationẽ. & ibidẽ adducit Dionyꝰ Dañ. v. c. dicẽtẽ: Milia miliũ mĩstrabãt ei zc. Et psal. dicit: Currꝰ dei decẽ milibus multiplex milia letãtiũ zc. Et Apoc. xvii. c. Audiui uocẽ angeloꝝ multoꝝ ĩ circuitu troni & aĩaliũ & seniorũ & erat numerꝰ eoꝝ milia miliũ. Itẽ. ii. pali. 32. Nolite timere plures enĩ nobiscũ sũt q̃ cũ illᷣ. & Iob. 25. Nũqd ẽ nũerꝰ militũ eiꝰ. Tho. ii. sniaꝝ. d. vi. & prĩo snĩa. d. 40.

Quarta questiũcula est: qñ fuerũt creati angeli. Ad quã respondetᷣ ꝙ gregorius nazanzenꝰ grecus cuiꝰ tanta est in doctrina xp̃iana auctoritas ut nullꝰ unq̃ eiꝰ dictis calũniã inferre p̃sũpserit: ut testatᷣ Damascenus. Fatetᷣ ante corpalẽ creaturã deũ cuius cõcipere ẽ ꝓduce

re angelos ꝑduxiſſe uel creaſſe. Nã motores dicebat p̃cedere debere mobilia. Sʒ angeli mouēt celos & corpalia: ergo p̃ceſſerũt celos & creaturã oẽm corpalẽ. Hui⁹ opinionis Hieronymus fuit q in cõmẽtario in epiſtolã ad Titũ dicit: Sex milia nondũ nr̃i tp̄is cõplent̃ annoꝶ & quãta tp̄a quãtaſq; ſeculoꝶ origines fuiſſe arbitrandũ ẽ in qbus angeli: troni: & dñatiões: ceteriq; angeloꝶ ordines deo ſeruiũt. Auguſtinus aũt quẽ Beata & ceteri latinoꝶ ſequũt̃ in libro de ci. dei. & ſup geñ. dicit: Deus q ope ſuo ſucceſſione tẽporũ nõ eget corpalẽ ſimul & ſpiritualẽ creaturã ꝑduxit. Corpalẽ. ſ. nõ ſcd̃m indiuidua que ſucceſſione tẽporũ generãt̃: ſʒ ſcd̃m naturã & ſpẽs. Cũ eni angeli ſint quedã ps nobilior uniuerſi: ps autẽ a toto ſepata pfecta eſſe nõ poſſit: ergo angeli cũ creatura corporea a deo ſimul ꝑducti ſunt. Q d̃ ſi aliqs indignũ exiſtimet doctores eccleſie. ſ. hieronymũ & Auguſtinũ cõtraria de tp̄e creationis angeloꝶ ſenſiſſe. audiãt Tho. in de potẽtia. q. ix. arti. v. dicentẽ: Doctores catholici cõuenientes in eo qd̃ fidei eſt. ſ. ꝙ nichil eſt ab eterno p̃ter deũ uaria ad minus quantũ ad uerboꝶ ſupficiẽ dixiſſe ĩueniũt̃ in hiis que de neceſſitate fidei nõ ſũt ĩ qbus licuit eis diuerſimode opinari ſuffragantibus rõnibus ſicut & nobis: uni tñ opinioni ſic inberendũ eſt ut alterã erroneã nõ iudicemus. Et qd̃ grego. grecus ſiue theologus cũ hieronymo dicebãt: ꝙ motores p̃cedũt mobilia. Rñdẽt Aug. & ceteri ꝙ motores nõ p̃cedũt mobilia duratiõe: ſʒ dignitate ut pʒ de aĩa & corpe. Tho. ubi ſupra & in. ii. ſniaꝶ. di. ii.

S

Q Vinta questiuncula est: ubi fuerunt angeli creati. Ad quã respondet Strabo sup illo uerbo gen. prio: In principio creauit deus celũ & terraȝ. Celũ inquit nõ uisibile firmamentũ hic scriptura appellat: sȝ empyreũ id est igneũ uel intellectuale nõ ab ardore: sed a splẽdore dictũ: quod statim factũ angelis est repletũ. Et cõfirmat hoc rõne. Nã locus nobilissimus & cõtemplationi deputatus maxime decet substantias nobilissimas eternaliter deũ contẽplantes. Sed locuȝ empyreũ est locus inter omnia corpalia nobilius & contẽplationi angelorũ & animarũ deputatus. Nã dicit Mathei. xviii. Angeli eorꝝ in celis semp uident faciem patris. i. cõtemplant ergo talis locus est angelis cõuenientissim⁹: de situ cui⁹ & dispositione sic loquit Ambrosi⁹ in Examerõn: Quis tanti facile põt esse diuini opis existimator qui altitudinem sapientie dei in hoc ope ĩuestigare possit aut sciat que figura: que spacia illi supne ciuitati ierusalem congruentior sit: aut rotunda aut piramidalis an exagona Sunt enĩ intus quedã edificia intus rotũda: & exterius quadrata: & ecõuerso. & hoc ideo dicimus ut quidã aduertant & discutiant opiniones suas: & desinãt tantum opus dei humane opationis & nr̃e possibilitatis cõtemplatione meteri. Tho. ii. sniarꝝ ubi supra. & Henricus.

S Ecundũ caput principale secũde decadis est simplex unam tm̃ habens questionem uidelicet: Si in angelis & beatis: demonibus & dãnatis uiatoribus & deo sit liberum arbitriũ. Et uidet primo ꝙ nõ ĩ angelis & beatis: qa ad libertatẽ

arbitrii ptinet q̄ quis possit eligere bonū & malū: Sꝫ ad eos nō ptinet electio cū electio sit appetit⁹ p̄cōciliati. iii. ethicoꝝ. Cōsiliū aūt sit quedā inq̄sitio & discursus. iii. ethicoꝝ. qd̄ angelis cū sint itellectuales nō cōuenit: nec beatis q oīa uidēt in uerbo: ergo. Itē electio est eoꝝ que faciūt ad adeptionem finis: Sed angeli & beati sūt iam adepti finē. s. deū: ergo deficit ī eis electio: & p cōsequēs liberū arbitriū. Qd̄ nō sit similiter ī demonib⁹ & dānatis. pbat᷑: Nā obstinati hn̄t uoluntatē firmatā tm̄ ī malū: & nō liberā ad utrāqꝫ. Sꝫ demones & dānati sūt obstinati: scd̄ illud psal. Supbia eoꝝ qui te oderūt ascēdit semp. qd̄ exponit᷑ de demonib⁹: ergo. Itē de rōne liberi arbitrii est: posse flecti & ferri in opposita & diuersa: sꝫ nec deus nec beati nec dānati pn̄t ferri in diuersa: ergo. zc. Itē q̄ nō hoīes uiatores: qa de rōne libertatis ē posse facere qd̄ uult. Sed hō nō pōt facere qd̄ uult: scd̄m illud ad Ro. vii. Nō enī qd̄ uolo bonū hoc facio: sꝫ qd̄ odi malū illud ago: ergo. Qd̄ etiā nō sit ī deo pbat᷑: qa liberꝝ arbitriū in utrāqꝫ ptē flecti pōt. s. in bonū & malū: ut dicit mgr̄ sn̄iaꝝ in. ii. di. xxv. dicēs: Liberū arbitriū est facultas rōnis & uoluntatis qua uoluntario & spontaneo appetitu ferri quis pōt ad ea que bona uel mala iudicat uel iudicare ualet. Deus aūt ad malum flecti nō pōt: de pe. di. iii. c. inter hec. ubi dicit᷑: Nō peccare soli⁹ dei est: emēdari sapiētis. In cōtrariū est: qa deus nulla pfectiōe simpliciter caret. Sed liberū arbitriū ē simpliciter quedā pfectio. Nā inq̄t poeta: Nō bene p toto libertas uendit᷑ auro. Hoc celeste bonū p̄terit orbis opes. ergo. Item

S

angelus (p Damascenū.ii.libro) est substātia ītellectua
lis semp mobilis: arbitrio libera: ergo. Itē beati nō āmit
tunt dignitatē nature: qa grā pficit naturam: sʒ libertas
ptinet ad dignitatē nature hūane. Itē demones naturā
nō pdiderūt nec dānati. Libertas aūt arbitrii ptinet ēt
ad naturā intellectualē: ergo. Itē & hoīes habent liberū
arbitriū p illud ecclesiastici.v. Deus ab initio cōstituit
hoīem & reliqt eū in manu cōsilii sui.glo.i.in libero ar
bitrio: ergo in hoībus pdictis est liberum arbitriū. Rño
dicendū q multi in uarias opiniōes & hereses incide
rūt ex ignorantia: quomō se habeat ad bonū & malū li
bertas arbitrii. Nā Origenes ut adducit Aug⁹.xxi. de
ci.dei.c.vii.posuit: q oīs uolūtas creature pp libertatē
arbitrii quā habet pōt flecti in bonuʒ & malū excepta
aīa xpi pp unionē uerbi. Et ex hoc dixit q sancti possūt
cadere & penas luere post certi tpis metas: & post lōga
temporū curricula tā demonib⁹ q hoīnus dānatis pate
bit iusticia & saluabunť: īmo ut adducit mgr in histo
ria scolastica: dixit idē Origenes in li.piarchon christū
adhuc in aere p demonib⁹ pati debere: sicut in terra pro
hoībus passus est. Sed hec opinio dicit Tho.pri.pte.q.
lxiiii.arti.ii. tollit a sanctis angelis & hoībus ueritateʒ
beatitudinis que ponit stabilitatē sempiternā. Vnde &
uita eterna noīať. Repugnat & auctoritati sacre scrip
ture que demones & homīes malos in supplicium eter
num mittendos. bonos aūt in uitam eternā transferen
dos pronūciat. De xpo etiā diciť: Christus resurgēs ex
mortuis iam nō moritur mors illi nō dominabitur zc.

Vnde & Aug⁹ ubi supra ait: Sed nõ imerito Origenem reprobauit ecclesia: quia & hoc qđ misericors uidebat̃ diabolum atq₃ angelos eius & hoı̃es dãnatos post certi temporis metas ex illis cruciatibus eruendos & sociandos sanctis angelis credidit: admisit etiam faciendo sanctis ueras miserias quibus penas luerent & falsas beatitudines haberẽt ĩ quibus uerũ ac securũ hoc est sine timore certũ & sempiternũ boni gaudiũ nõ haberẽt. hec ille. Et cũ dicebat ꝙ ratione libertatis arbitrii oĩs uolũtas creature posset flecti ad bonũ & ad malũ. Respondet̃ ꝙ habuit ueritatẽ in angelis bonis ante confirmationẽ uoluntatis in bonũ: in malis ante obstinationem uolũtatis in malũ: & in hoı̃bus ante mortẽ: quia hoc facit hoı̃bus mors quod fecit angelis casus: ut dicit Damascenus. Tho. ubi supra. & pri. ii. q. lxxix. ar. iii. & iii. pte. q. lxxxvi. arti. i. De aĩa autẽ christi uerum est dicit Origenes: quia illa ut uiator erat plena tanta gracia ut nõ posset peccare: nec ut cõprehensor quia sic fini erat cõiuncta: & ꝑ cõsequens nõ poterat nisi scd̃m ordinẽ ad finẽ agere. Vnde xp̃s nullo modo potuit peccare nec ut deus nec ut uiator nec ut cõprehẽsor. Alii cõcedentes diffinitionẽ liberi arbitrii quã mgr̃ adducit in. ii. sn̄iarꝝ di. xxv. & reprobat que dicit ꝙ liberũ arbitriũ ẽ. ut adduxi supra in opponẽdo: dicunt ꝙ liberum arbitriũ nõ sit in deo. Et cũ etiã angeli & beati sint cõfirmati in bono & ꝑ cõsequens nõ possint ferri in malũ. Et similiter cũ mali & dãnati sint in malo obstinati nec ferri in bonum possint: cõcludebant ex hoc in nullo istorũ esse li-

S

bertatem arbitrii sed solum in hoibus uiatoribus. Sed audiant ipsi Augustinũ.xxii.de ci.dei. dicentẽ de deo: Certe ipse deus:nũquid qm̃ peccare nõ põt ideo liberũ arbitriũ habere negandus est? quasi dicat:nõ. De angelis & aliis ꝙ habeãt libertatẽ arbitrii uide ubi supra arguendo ꝑ pte affirmatiua. Est tertius dicẽdi modus uerus & catholicus ꝙ in deo & in ceteris supradictis exceptis brutis est liberũ arbitriuꝫ. Probat̃ prima pars: Oĩa habentia intellectũ & uolũtatẽ qbus inest aliqua actio ꝓpter finẽ a se cognitũ & determinatuꝫ habẽt liberum arbitriũ:sed deus & ꝑdicti oẽs habent aliquã actionẽ ꝓpter finẽ a se cognitũ & determinatũ : ergo oĩa habẽt liberum arbitriũ. Maior ꝓbat̃. Nã liberũ arbitriũ scd̃m Augustinũ:& ponit̃ a mgr̃o i littera.ii.sniaꝝ ubi supra est facultas.i. potestas rõnis & uoluntatis. Voluntatis quantũ ad electionem que est in libera uolũtate: rõnis quantũ ad consiliũ qd̃ est in ratiõe:nã recte non eligit̃ qd̃ nõ precognoscit̃ :Ideo dicit phũs.iii.ethicoꝝ.ꝙ electio est habitus precõsiliati. Electio aũt est eoꝝ que appetimus ꝓpter finẽ cognitũ & determinatũ. Deus autẽ naturali necessitate uult suam beatitudinẽ tanq̃ finem quẽ nõ potest nõ uelle ad quã ordinauit diuersos ordines rerũ:nã omnia ꝓpter se opatus est dñs. Nec sic fert̃ ad unũ in suis effectibus:quin quantum est de se possit ferri in aliud:ergo ĩ eo est liberũ arbitriũ. Similiter angeli:hoĩes dãnati:beati & uiatores in puris naturalibus positi habent finẽ naturaliter prestitũ.s. beatitudinem quã naturaliter appetũt:nec possũt uelle miseriã ut di-

cit Augustinus. viii. de trinitate: ad quã beatitudinem consequendã poterũt & pñt diuersa ordinare eligendo ea que sunt ad finem. Ergo similiter in illis est liberum arbitriũ. Bruta autẽ aĩalia quia nõ habent finẽ sibi a se ipsis determinatũ. Sed a deo & a natura & p cõsequens nõ cognoscũt pfecte finẽ nec habent liberã electionem suorũ actuũ ppter finẽ: idcirco nõ habent liberũ arbitriũ. Sed tñ notandũ ꝙ in predictis liberũ arbitrium indiffereuter est. Nam in deo est libertas generaliter & supreme inquantũ liberum arbitriũ est potestas libere eligẽdi quod quisqȝ uult sine aliqua uertibilitate uł flexibilitate ad malũ. In aliis uero est liberũ arbitriũ specifice & cõtracte ad creaturas: & sic ĩ istis liberũ arbitriũ dicit potestatẽ libere eligendi uolita cũ uertibilitate & flexibilitate scđm eoꝝ naturalia ad malũ & bonũ: & pp hoc dicit̃ in littera ꝙ liberuȝ arbitriũ aliter in deo q̃ in aliis inuenit̃. Si aũt dicat̃ p te oẽs deo excepto habẽt liberũ arbitriũ cõtractũ ad malũ & bonũ. Cur ergo boni angeli & beati nõ possint flecti ad malũ: & mali & dãnati nõ possint uerti ad bonũ: ergo in eis nõ est liberuȝ arbitrium. Respondet̃ ꝙ hoc nõ est ratione nature eoꝝ que remãsit integra ĩ oĩbus beatis & dãnatis scđm Dionysiũ. Sed in beatis est rõne pfecte cõiunctionis in sũmo bono deo: & dãnatis pp eorũ culpã & maliciã inclinãtes eos ad malũ & obstinãtes illos pp status illiꝰ cõditionẽ in quo nulla est redẽptio. In uiatoribꝰ aũt est simpliciter liberũ arbitriũ: qa possũt mereri & demereri: cũ nõ sint cõiuncti deo p graciã cõsũmatã: nec auersi a deo

S

p culpā obstinatā. Ad primū ergo in cōtrariū respon-
det q phūs loquit de electione scđm q est hois. pri. pte
q. lix. arti. iii. Ad secundū dicēdū q duplex est electio
Quedā ordinata in finem & hec cessat habito fine sicut
nūc eligit quis uelle credere articulis: sed hec in patria
cessat. Alia electio est cōiuncta fini: & hec nō cessat ad-
ueniente fine: sed manet cū fine. Tho. in. ii. sniaꝝ. Ad
tertiū de demonibus & dānatis respondet q illud nō ē
rōne nature: sed rōne status in quo sunt auersi a deo in
cōuertibiliter. Causā aūt incōuertibilis obstinatiōis de-
monū & dānatorū: & firmitatis beatorū & angelorū si
scire cupis. uide Tho. pri. p. q. lxiiii. ar. ii. ī corpe. &. iiii.
cōtra gē. c. xcii. xciii. xciiii. Ad quartū dr q diuersa &
opposita ad que pōt flecti liberū arbitriū pōt attēdi tri
pliciter. Vno mō scđm differentiā rerū que eligūt pp fi
nē: & hec diuersitas p se cōpetit libero arbitrio: & scđm
hoc cōpetit deo liberū arbitriū angelis & hoībus ut di-
ctū est supra. Est alia diuersitas scđm drām boni & ma
li que nō cōpetit libero arbitrio nisi p accidēs inquātū
īuenit in natura deficere potēti. cū eni uolūtas de se or-
dinet in bonū sicut in ppriū obiectū: q in malū tendat
nō pōt cōtingere nisi ex hoc q malū apphendit sub rō-
ne boni qđ ptinet ad defectū intellect⁹ uel rōnis. unde
& ex qb⁹ causat liberꝝ arbitriū: nō aūt ptinet ad rōnē ali
cui⁹ potētie q deficiat a suo actu: sicut nō ptinet ad rōnē
uisiue potētie q aliqs obscure uideat: & ideo nichil phi
bet inueniri liberū arbitrium: qđ ita tēdat in bonum q
nullo modo tēdere possit in malū sicut ī deo ex natura:

& in angelis bonis & hoibus ex pfectiōe gracie. Est tertia diuersitas que attendit̄ scd̄m differentiā mutationis in quā pōt liberū arbitriū: que nō consistit in hoc ꝙ aliquis diuersa uelit: Nā & ipse deus uult ꝙ diuersa fiant scd̄m ꝙ cōuenit diuersis tpibus & psonis. Sed mutatio liberi arbitrii cōsistit in hoc ꝙ aliquis illud idē & p eodem tpe nō uelit qd̄ prius uolebat: & hec etiam diuersitas nō p se ptinet ad rationem liberi arbitrii: sed accidit scd̄m conditionē nature mutabilis. Nō enī est de ratiōe potentie uisiue ꝙ diuersimode uideat: Sed hoc cōtingit ex diuersa dispositiōe uidentis: cuius oculus qn̄q; est purus: qn̄q; turbatus. Et similiter etiā mutabilitas seu diuersitas liberi arbitrii nō est de ratione eius: sed accidit ei inquantū est in natura mutabili: sicut in nobis. Hec oīa Tho. in questiōib⁹ disputatis de demonib⁹. q. v. que si bene aduertant̄ euacuant oīa que in hac materia dici possent pro & contra. Ad quintū de hoībus uiatorib⁹ respondet̄ ꝙ illud est ratiōe appetitus sensitiui qui & si obediat rationi: tn̄ pōt in aliquo repugnare cōcupiscendo cōtra illud qd̄ ratio dictat. Hoc ergo est bonū qd̄ hō nō facit cū uult. s. nō cōcupiscere cōtra rationē: ut dicit ibi Aug⁹. Tho. pri. pte. q. lxxxiii. arti. i. Ad sextum de deo respondet̄ ꝙ ad rationē liberi arbitrii non ptinet ꝙ quis indeterminate se habeat ad malū & bonū. Cuius ratio est: qa liberū arbitriū p se est ordinatū in bonum: cū bonū sit obiectū uoluntatis: nec in malū tendit nisi ꝓpter aliquē defectū qui apprehendit̄ ut bonū: cū electio que est actus ꝓprius uoluntatis nō nisi boni sit uel

S

uel apparentis boni : & ideo ubi est pfectissimũ liberuʒ arbitriũ in malũ ferri nõ põt. Et cũ dicit꜄ ꝙ liberũ arbitriũ habet uiã ad opposita. Respondet꜄ ꝙ hoc põt intelligi tripliciter. Primo qa põt uelle bonũ & maluʒ: & sic nõ cõpetit deo: quia ĩportat defectibilitatẽ. Secundo ut prius aliquid uelit & postea nõ: & hoc nec deo cõuenit qa importat mutabilitatẽ. Tertio quia põt uelle hoc & nõ uelle: & hoc conuenit deo. hec Tho. in questionibus de ueritate. q. xxiiii.

TErtium caput secũde decadis ẽ de officio angelorũ circa hoĩes. Circa quod quatuor questiũcule soluẽtur: quarum quelibet infra suo ordine declarabitur.

P Rima questiũcula est: Si angeli ad custodiã hoĩuʒ deputent꜄. Ad quã rñdet꜄ affirmatiue: & ꝓbat꜄ q̃dru pliciter. s. scripture sacre auctẽ: dei ꝓprietate: utilitate: & similitudine. Primo ꝓbat꜄ scripture sacre auctorirate: qa sup illo uerbo Isaie. lxii. Sup muros tuos cõstitui custodes zc̃. dicit glosa ꝙ custodes hominum sunt angeli. Et psalmista ait: Angelis suis deus mãdauit de te ut custodiant te in oĩbus uiis tuis. Sup quo uerbo Berñ. sic ait: O quantã tibi debet hoc uerbũ inferre reuerentiã: afferre deuotionem: conferre fiduciã: reuerentiã ꝓ presentia. deuotionẽ pro beniuolentia. fiduciam ꝓ custodia. Caute ergo ambula ubi sunt angeli: sic eis mãdauit deus ut custodiant te in oĩbus uiis tuis. In quouis diuersorio in quouis angulo reuerentiã habe corã angelo tuo. Nec facere audeas illo pñte quod me pñte nõ auderes. De hac

custodia audi etiã Hieronymũ sup illud Mathei.xviii.
Angeli eoꝝ semp uidẽt faciẽ zc. Magna inqt ẽ dignitas
aiaꝝ ut unaqueq; hẽat ab ortu natiuitatis ĩ custodiã sui
angelũ delegatũ. Itẽ Origenes sup librũ numeroꝝ: Ad
est inqt cuilibet nr̃m etiã minimis q sũt in ecclesia dei
angelꝰ bonꝰ: angelꝰ dei q regat: q moneat: q gubernet: q
ꝓ actibꝰ nr̃is corrigẽdis & miserationibꝰ exposcẽdis coti
die uideat faciẽ patris q in celis est. Itẽ Bernardꝰ sermõe
de angelis: Benignus inqt es dñe q nõ es contentus nr̃a
fragilitate murorũ: sed etiã ipsis hoĩbus angelicã custo-
diã supponis. Et idẽ sup illud psal. Quid est hõ ꝙ me-
mor es eiꝰ: inquit: Quid est hõ qa ĩnotuisti ei dedisti fi-
liũ tuũ: misisti spiritũ tuũ ꝓmittis etiã uultũ tuũ: & ne
qd desit: illos etiã beatos spũs ĩ ministeriũ mittis ꝓpter
eos q hereditatẽ capiũt salutis. Secũdo hoc idẽ ꝓbat̃ dei
ꝓprietate. s. ex dei miseratiõe sic: Pronior ẽ deus ad mi-
serendũ q̃ ad puniẽdũ: Sꝫ deus dedit hoĩbꝰ demones ad
hoĩuꝫ exercitiũ: ut habet̃ ad ephe. ulti. Nõ est nobis col-
luctatio aduersus carnẽ & sanguinẽ: sꝫ aduersus princi-
pes & potestates: aduersus mũdi rectores tenebrarũ zc.
ergo uidet̃ ꝙ multo fortiꝰ: uel multo magis dedit ange-
los ad custodiã hoĩuꝫ. Tertio hoc idẽ ꝓbat̃ ex utilitate:
p hoc enĩ ꝙ angeli a deo hoĩbꝰ ad custodiã deputãt̃ tria
bona p̃cipue ostendunt̃. Primo enĩ erga nos dei bonitas
declarat̃: dando nobis ita nobiles creaturas ut angelos.
Secũdo angeloꝝ charitas ꝓpalat̃: dũ de nobis a princi-
pio natiuitatis usq; ad mortẽ tã cõtinuã sollicitudinẽ de
custodia gerũt. Tertio nr̃a indigẽtia seu necessitas sub-

leuatur. cum eni malū angelū ad nostrū exercitium ha beamus & naturā fragilē: magno subsidio & auxilio in digemus. Quarto hoc idē pbat duplici similitudīe. Primo similitudine naturali: qa sicut corpa supiora regunt ista inferiora: & oē mobile reducit ad aliqd imobile. Sic spūs supiores regūt inferiores: & humanū consiliū uariabile dirigit p cōsiliū angelicū inuariabile. Secūdo pbat hoc idē similitudīe apostoli. Nā apo. i. ad Cor. xiii. cōparat statū hominū put sūt ī uia statui puerili. Cuius rō est: qa sicut puer q̄diu puus ē & facilis ad casuȝ scd̄m corp⁹ indiget manuductiōe quousq; ueniat ad etatē pfectam in q̄ fortis ē & sufficiēs sibi. Ita scd̄m aīaȝ hō q̄diu debilis est & facilis ad casū spūalē indiget custode spirituali quousq; ueniat ad etatē pfectam. i. alterius uite: & hic custos est angelus: quo custode hō indiget semp q̄diu est in hac uita: ppterea quilibet dicere debet oī die angelo eū custodiēti sic: Angele q meus es custos: uirtute supna me tibi cōmissū: salua: defēde: guberna cū uersu & oīone angelorꝝ. hec ex theologis & Ranerio.

S Ecūda questiūcula est: quomodo dicunt angeli ad custodiā hoīuȝ uel ad aliā opationē mitti cū semp sint in celis uidentes patris faciē: Mathei. xviii. Ad quā sic respondet q̄ missio de nouo angelorū ad custodiam hominis: est angelū nouū locū: nouū modū: nouū ubi: acquirere: de nouo limitari: astringi: tueri officiū custoditi: procurare eius salutem: specialiter illuminando: apparendo: miracula faciendo: uel alio simili modo hominem instruendo. Et hec missio ponit mutabilitatem

in angelo ad differentiã missionis diuinarũ personarũ ad nos: que mitti dicunt: nõ quasi nouũ locum uel nouum ubi acquirendo: qa ubiqꝫ sunt cũ sint unus deus. Sed dicunt de nouo mitti inquantũ nouũ effectũ ꝑducunt in creaturis sine eorũ mutabilitate. & nouũ modũ acquirũt scđm quẽ prius nõ fuerãt sicut filius ꝑ carnis assumptionẽ & spiritus sanctus ꝑ nouã sanctificationẽ Angeli igit missi ad nos dicunt semꝑ esse in celo uidentes faciem patris: nõ ꝙ sint semꝑ ĩ celo localiter: Sed dicunt semꝑ esse in celo ꝑ fruitionẽ: quia ubicũqꝫ sũt nũq̃ desinũt frui deo & deum uidere. Cũ frui sit actus intellectus. Vnde gregꝰ libro moraliũ dicit: Angeli sic foris exeunt ut interne cõtemplatiõis gaudiis non priuent: Nec recessus eoꝝ ab celo empyreo in dignitatẽ inducit aut eorũ gloriã minuit: sicut etiã demones licet actu nõ alligent in loco inferni: dicunt tñ quocũqꝫ uadũt deferre secũ ignem gehenne ut dicit in glo. sup. iii. c. Iacobi: ut infra. iii. decade dicet. hec ex theologis & Ranerio.

TErtia questiũcula est: Si ad omniũ triũ ierarchiaꝝ angelos ꝑtineat hoĩes custodire. Ad quã respondetur negatiue: nã nõ oẽs triũ ierarchiaꝝ angeli mittunt in ministeriũ. Nã Danielis. vii. c. ponit: ꝙ milia miliũ angeloꝝ ministrabãt deo & decies centena milia assistebant ei ad similitudinẽ eorũ qui alicui regi deseruiunt: quorũ quosdã uidemus ĩmediate regis precepta audiẽtes & a suo aspectu nunq̃ recedẽtes nunciantes aliis regis precepta ut ea exequant in administratione ciuitatum & isti quibus fit talis nũciatio mitti dicuntur. Sic

aliqui angeli dicunt semp deo assistere qui secreta diui
norũ ministerioꝝ imediate recipiunt a deo. alii aũt di-
cunt mitti illi.s.qui instruunt ab ipsis assistentib' de se
cretis. Et qa nõ omnes diuĩa secreta ĩmediate scdm Dio
nysiũ in ipsa essentia diuina habent intueri:sed solũ su
periores quibus est ppriũ ĩmediate a deo illuminari: iõ
soli superiores quatuor ordinũ dicunt semp assistere &
nõ mitti scdm Thomã pri.pte.q.cxii.arti.iiii.in corpe.
Quod idẽ est q diuinas illumiuationes ĩmediate & p-
fecte a deo recipere & coopari deo ĩ illuminatiõe & de-
ductione aliorũ ad deum: & isti pprie dicunt assistere:
& de istis assistentib' intelligit illud Dionysii de celesti
ierarchia:Superiora illa agmina ab intimis nunq̃ rece-
dunt quoniã ea que pertinẽt ad usum exterioris officii
nequaq̃ habent. Alii uero quinq; ordinũ inferioꝝ dicũ
tur in ministeriuз mitti exterius ad diuersa ministeria
pagenda circa nos uel circa aliquã creaturam corpora-
lem qui ex nominib' pprietates angelorũ significanti-
bus cognosci possũt. Nam angeli & archangeli dicunt
a denunciando:uirtutes & potestates dicunt p respectũ
ad aliquẽ actũ principis. Etiã est ut gregori' dicit inter
alios operantes priorem existere. Et ppter hec dicit gre/
gorius.xii.moraliũ: q plures angeli sunt qui ministrãt
q̃ qui assistunt. ppter hoc etiam phĩ posuerunt dupli-
ces motores orbiũ quorũ aliqui habent conditiões par-
ticipatas & determinatas. Et hos uocat Auicẽna:ange-
los ministrantes:alios uocant separatos quos intelligẽ-
tias dicũt in quib' sunt forme simplices & uniuersales

& hos uocat idem Auicēna angelos assistētes. Nec ob-
stat illud ysaie.vi.ubi dicitꝯ unus de seraphin uolauit
ad ysaiam qm̄ unus ex seraphin nō fuit:sed unus ex mi
noribus officiū exercens seraphinoꝝ.Et cū dicat aplūs
ad heb eos primo: Oēs sunt administratorii spiritus in
ministeriū missi. dicitꝯ duplex est missio.s.exterior &
interior.Exterior qn̄ ad nos realiter descendūt ad aliqđ
ministeriū circa huiusmodi corporalia exhibenduȝ. &
scđm hanc missionē nō omnes mittunt:sed tm̄ quinq
ordines ut dictum est:Alia est interior que nichil aliud
est q̄ illuminatio quedā supioris angeli ad inferiorem
que fit ꝓpter nos & sic omnes dicūt mitti. Hec ex Tho
ma & ex theologis.

Q Varta questiūcula est: quare indigent hoīes custo
dia infirmiorū angeloꝝ cū eis semp adsit custodia
fortioris dei. Ad quā sic respondetꝯ scđm rationē diui
ne ꝓuidentie hoc in oībus rebus inuenitꝯ semp mobi-
lia & uariabilia p īmobilia mouent: qa ut docet phūs:
Omnis motus procedit naturaliter ab aliquo īmobili.
Vnde uidemus ꝯ corpora inferiora regunt a corporibꝰ
superioribus in quibus est minus de mutatiōe & motꝰ:
& ita corporalia p incorpalia mouent:& regunt.s. per
substātias spūales.Vnde & termini & ꝓpositiones ꝓba
biles alicuius questionis per īmobiles & īuariabiles.s.
principia p se nota roborant & in ea reducunt.Manife
stum est autē ꝯ in rebus agendis hoīes possunt multi-
pliciter deficere a fine debito & modo agēdi.& ideo ne-
cessarium fuit ad hoc ꝯ homo ad finem suū posset con-

S

gruentius puenire q per aliquem angelũ tanq̃ se perfe
ctiorem remoueret a malo & pmoueretur in bonum:&
illud uocamus custodiã angelorũ. Ad motiuũ autẽ cũ
dicit q nõ sit opus infirmioris angeli cum adest fortissi
mus deus qui nõ dormit neq; dormiet custodiẽs israel:
dicendũ est q duo requirunt ad bonũ operandu3. Pri
mo ut uoluntas inclinet ad bonum. Secundo ut media
congrua habeant ad pficiendũ bonum. Quantũ ad pri
mũ deus custodit ĩmediate hominẽ infundendo ei gra/
ciam uirtutis. Quantũ uero ad secundũ deus custodit
hominem instruẽdo eum mediantibus angelis. Verbi
gracia: Sicut enim in artificialibus alia est causa dispo/
nens ad formã:& alia est causa inducens formam: sicut
ignis est disponens ad formã cultelli mollificando fer/
rum:& malleus dilatando ferrũ:& artifex ut principa/
le agens formam cultelli inducit. Sic angelorum offi/
cium est homines ad graciam & gloriam preparare per
illuminationes & huiusmodi que erga nos instrumen/
taliter operant: Sed dei est ut principalis agentis & cu
stodientis ultimam perfectionem dare. s. graciam con/
iungentẽ nos gracie consũmate & fini ultimo. s. glorie.
Hec Thomas secũdo snia℞. di. xi. q. i. arti. i. in duobus
argumẽtis contra:& in corpe. q. & in solu. primi & secũ
di argu. & Alexan. ii. pte. sũme. q. xl. arti. i.

Q Vartum caput principale secũde decadis est
de assistentia angelorum ad homines. Circa
quod quatuor questiũcule soluent: quarum
quelibet infra suo ordine scrutabit.

P Rima questiũcula est: quibus hominũ angeli ad
custodiã deputant᷑. Ad quam sic respondet᷑ ꝙ cum
custodia angelorũ sit quedã executio diuine ꝓuidentie
Et diuine ꝓuidentie propriũ est cõferre ea que ꝓmouẽt
ad finem: & remouere ea que a fine impediũt: ideo illis
hoĩbus sunt angeli ad custodiã deputati q pñt ꝓmoueri
in bonũ & ĩpediri a malo. Vnde nec sepate aĩe nec an-
gelis bonis uel malis nec xp̃o fuerunt angeli ad custo-
diam deputati. Primo aĩe sepate nõ sũt angeli ad custo-
diã deputati. Cui⁹ ratio est: quia aĩa a corpe sepata nul-
lum p̃dictorũ habere põt: quia nec põt ꝓmoueri in bo-
num neq̧ impediri a malo. Similiter nec angelis bonis
uel malis deputant᷑ angeli ad custodiam. Cuius ratio ẽ:
quia angeli beati exquo finem ultimũ glorie sũt adepti
sunt confirmati in bono: & iõ sũt ĩpeccabiles. angeli ue
ro mali ex eo ꝙ sunt obstinati in malo sunt ĩpenitibiles
Similiter xp̃s nõ habuit angelũ ad sui custodiã deputa
tum. Quod ꝓbo triplici rõne. Prima est qa aĩa xp̃i oĩb⁹
angelis superior fuit immediate a uerbo sibi unito illu
minata. Secũda ratio est: qa erat uerus cõprehensor: un
de eius bonũ nõ poterat ĩpediri: nec in bonũ ꝓmoueri.
Tertia rõ est: qa custodia respicit ĩdigentiã uel defectũ:
ſ3 xp̃s nullũ defectũ culpe uel pene habuit: ergo ꝛc̃. Di-
cit᷑ tñ angel⁹ cõfortasse xp̃m ĩ passiõe: Luc. xxii. nõ custo
diẽdo uel aliqd ĩprimẽdo ĩ xp̃m: ſ3 reuerẽdo eũ & cõgra
tulãdo fortitudini ei⁹: sicut hõ naturalit᷑ cõfortat᷑ in tri-
bulatione ad pñtiã amicoꝝ. Et iõ primo loquẽdo gene-
raliter oĩb⁹ hoĩb⁹ ab infusiõe aĩe rõnalis postq̃ ordinant᷑

ad finem salutis usq; ad mortē deputat᷑ custodia ange/
lorū: quia toto illo tpe potest quilibet īpediri a bono &
ꝓmoueri ad bonū: & cadere in malū & resurgere a ma/
lo. Cū autē terminabit᷑ talis uia. s. pñtis uite: uel tale tē/
pus necessaria nō erit custodia angelorū ut in beatis &
dānatis patet. Secūdo loquēdo in spāli: primi parentes
habuerūt angelū ad sui custodiā deputatū: cuius ratio
est: quia licet in primis parentib⁹ fuerit rectitudo natu/
re: tñ quia rectitudo illa nō fuit inflexibilis: sed uertibi
lis ad utrūq;. s. ad bonū & ad malū: nec si cōuertit᷑ ī unū
statim confirmat᷑ in illo: īmo statim pōt cadere: ergo zc.
Vel dr̄ aliter ꝙ: licꝫ ī Adā nō esset periculū ex aliq̄ rebel
lione carnis instigāte ad malū: erat tamē periculū ī po/
tentia peccandi ex demone oppugnante. Et simılit᷑ erat
debilioris cognitionis q̄ angelus & ideo indigebat pre/
sidio & auxilio custodis angeli. Secūdo pueri in mater
no utero habent angelos ad sui custodiā deputates: per
quos impediunt᷑ īpedimenta que demones talib⁹ pueris
inferre possūt. Sed forte queres quē angelū habēt pue/
ri in materno utero existentes ad sui cnstodiā deputatū
an proprium angelum: an maternum. Respondetur ꝙ
puer q̄diu est in materno utero: nō totaliter a matre est
sepatus: sed p quandā colligationē est quodāmodo ali/
quid matris: sicut & fructus pendens in arbore est ali/
quid arboris. Et iō ꝓbabiliter pōt dici ꝙ idē angelus q
est custos matris: custodit prolē in matris utero existen
tem. Sed in natiuitate qñ est sepatus a matre angelus ei
ad custodiā deputat᷑. Vnde hieronymus exponēs illud

uerbū Mathei.xviii.Angeli eorꝝ in celis.sic ait:Magna est dignitas aiarꝝ ut unaqueq; habeat ab ortu sue natiuitatis in sui custodiā angelū delegatū. Tertio etiā antixp̄s in sui custodiā angelū hēbit. Cuiꝰ rō est:qa lex cōis pp unum mutari nō debet:& in hoc eiꝰ pena iustior apparebit:qa beneficia toti nature humane ꝓuisa nō accepit ut debuit:nec tñ erit oīno frustra custodia:quia & si ad bonū nō cōuertat̄:tñ a multis malis cessabit retractꝰ ab angelo custode. Vnde quātūcūq; sit obstinatus ī malo:hunc tñ effectū cōsequet̄ ab angelis p custodiā. Hec Tho.ii.sñiarꝝ.di.xi.& pri.pte.q.cxiii.arti.iiii.& Alex.ii.pte summe.q.xl.arti.iiii.in corpe.q.

S Ecunda questiūcula est:Si singulis hoībꝰ unus uł plures angeli assignent̄ in custodiā.Ad quā sic respondet̄ ꝙ singulis hoībus dat̄ angelus in custodiā: qa cum custodia angelorū sit ad consequendā ꝓmotionē in finem & ad remouendū ea que cōsecutionē finis impediunt:ideo oībus illis debet̄ custodia angelorꝝ qui nōdum cōsecuti sunt ultimū finē suū cuiusmodi sunt oēs hoīes uiatores.Et si dicat̄ ut dicit mgr̄ sñiarꝝ in.ii.di.xi. Quomodo possibile est ꝙ cuilibet aīe rationali deputetur angelus cū plures sint anime p̄terite:presentes & future q̄ sint angeli deputati ad custodiā. Respondet magister ibidem ꝙ nunq̄ sunt tot simul homīes actnaliter existentes quot sunt angeli boni:Ideo sufficit unus angelorum ad unūquēq; hominē. Vno enī homine decedente angelus sibi in custodiā datus alteri assignat̄ succedenti.Et licet ut dicit Tho.pri.pte.q.cxi.arti.ii.Cui-

libet hoī unus angelus deputetᷣ inquantū·s·quilib3 est pſona pticularis: tñ nō incōuenit alicui homini plures angelos deputari ſcd̄m dignitatē: prelaturā & graciam aliquā dei ab eodē pticipatā:ut p3 in ſūmo pōtifice: car dinalibus clauē iuriſditionis hñtib⁹ p̄latis & principib⁹ Hec omnia Tho·pri·pte· & doctores theologi ī ſecūdo ſniaꝝ·diſ·x·&·xi·

TErtia queſtiūcula eſt: ꝑpter qd hoībus in cuſtodiā angeli aſſignentᷣ·Ad quā ſic reſpondetᷣ ꝙ ꝑpter q̄tuor cauſas angeli ad cuſtodiā hominū deputantᷣ·Prima eſt ut ꝑmoueantᷣ & ꝑficiant in bonū gr̄e·Secunda ē ut nō cadant in malū culpe·Tertia eſt ſi cadūt ut poſt modum reſurgāt a malo culpe· Quarta eſt ſi nō reſurgunt a malo culpe ut nō totiens cadāt· Nulli enī uiatori inquantū uiator eſt deficit miſericordia dei que eſt ī dando angelum hoī in cuſtodē ꝑpter predictas cauſas· Nota tñ ꝙ ſicut diuine ꝓuidentie eſt ſic impedire mala ut tamē conditio nature ſaluetᷣ: Ita etiā eſt de cuſtodia angelorum que eſt diuine ꝓuidentie executio: nam ad angelos nō ptinet ꝙ cuſtodiendo hoīes ad uirtutem cogant & a uitiis retrahant: qa ſic periret libertas arbitrii & ratio meriti·Alexan·ii·pte ſūme·q·xl·ar·iiii·q·iiii·

QVarta queſtiūcula eſt: in quo ſtatu incipit angelorū cuſtodia:& quo tpe terminatᷣ·Ad quā ſic reſpōdetᷣ ꝙ angeloꝝ cuſtodia incipit immediate qñ creatura naſcitᷣ ſecūda natiuitate·ſ·extra uterū· Ratio ē:qa tunc debet adhiberi cuſtodia quando timetᷣ de ſalute anime Sed poſtq̄ naſcitur timetᷣ de ſalute aīe: quia in uia qua

ambulabam absconderũt laqueũ michi inquit psal. & tunc mundus: caro: demonia incipiũt noua prelia mouere. Anteq̃ autẽ exeat uterũ nõ datur custodia: qa tunc cũ tales sint adhuc aliquid matris custodiũt ab angelo matris ut dictũ est. Durat aũt hec custodia usq; ad mortem inclusiue: quia post mortem nõ indigent custodia. Nã si sunt in patria nõ timẽt amplius periclitari. ysaie 50. Nõ occidet sol tuus ultra: & luna tua nõ minuet: qa dñs erit tibi in lucem sempiternã: & complebunt dies luctus tui. Si sunt in inferno nõ timent piclitari: qa timor quẽ timebãt euenit eis. Nec in purgatorio cũ sint extra terminũ merendi & demerendi: & nõ possint ab ipsa gracia resilire. Itaq; in uia dat custodia & non post cursum. Tho. q. cxi. ptis prime. & mgr sniaꝝ di. xi.

Q Vintũ caput principale secũde decadis est de cessatione custodie augmento & decremento gaudii angeloꝝ. Circa quod tres questiũcule soluent: quaꝝ quelibet infra notat suo ordie.

Rima questiũcula est: Si angeli deserãt hoies cuius custodie deputant ppter pscientiã uel eoꝝ obstinationẽ. Ad quã uidet primo respondendũ affirmatiue p illud Damasceni dicẽtis: ꝙ angeli cum sũt hic nobiscum nõ sunt in celo: sed aliqñ sunt i celo: ergo aliqñ nos derelinquũt. Rño dicendum ꝙ ad hanc questionẽ duplex notabilis responsio est. Prima est sci Tho. dicentis ꝙ cum custodia angeloꝝ sit quedã diuine puidẽtie executio: sicut diuina puidẽtia scđm magis & minus diuersis puidet scđm eoꝝ conditionẽ: nõ tamẽ ex toto re-

S

linquit hoiem qa in nichilũ redigeret. Ita custodia an
gelorũ scdm quid uel scdm aliquẽ effectum dicit relin-
quere hoiem inquantũ non ꝓhibet oia nocumenta: uel
qa exponit eũ tribulationib⁹: uel quia uisto dei iudicio
ab aliquo peccato nõ retrahit: uel qa nõ ita efficaciter ꝓ
mouet in bonũ nec tuetur a malis exigẽte demerito ho-
minũ. Quomodo intelligit illud Iere. li. in ꝑsona ange/
lorũ: Curauimus Babilonẽ & nõ est curata derelinqua-
mus ergo eã. Et illud etiã ysaie. v. Auferam sepẽ eius. i.
angelorũ custodiã & erit in cõculcarione. Nunq̃ tñ an-
gelus ita hoiem derelinquit quẽ custodit quin aliqs cu
stodie effectus sequat inquantũ aliqd malum ꝓhibet &
ad aliqd bonũ ꝓmouet: quod ꝓbat rõne sic: Angeli boni
sunt magis proni ad hoiem adiuuandũ q̃ mali ad infe-
standũ: sed mali nunq̃ cessant ab infestando: scdm illud
Petri: Aduersarius nr diabolus tanq̃ leo rugiẽs semꝑ cir
cuit querens quem deuoret: ergo nec boni a custodiẽdo
unq̃ cessant. Secũda responsio est sci Bonauẽture in. ii.
di. xi. dicentis: ꝙ respectu hoĩs duplex est angelorũ cu-
stodia. Vna ex pte corpis que in hostis repulsione cõsi-
stit ne. s. corpa opprimat. Alia est ex pte spũs: ne illũ spi
ritus malignus puertat. Quantũ ad primũ nũq̃ hoiem
usq; ad finẽ uite derelinquũt: qm̃ nõ patiunt eũ a demo
ne opprimi uel occidi: nisi aliter snĩa diuini iudicii ex-
posceret. Sicut de uiris Sarre patet Tobie. vii. Quantũ
uero ad custodiã spũs dicit a quibusdã ꝙ qñ angeli cer
nũt hoĩs obstinationẽ subtrahũt se a custodia eius: qm̃
frustra esset illi⁹ illumĩatio ab angelo. Sed qm̃ hec rñsio

uidet̃ crudelis. Idcirco idem doctor dicit ibidem: ꝙ angelorũ custodia aut est respectu boni conseruandi: acquirendi uel augendi. aut respectu mali deserendi: euitandi uel minuendi. Quantũ autẽ ad primos actus bonos deserunt angeli obstinatos quoniam frustra esset actus eorũ: Sed nõ quantum ad actum malum quoniã semp hominẽ ne labatur in peius retrahunt. Quanto enim quisq̃ peior est: tanto ad malum pronior: & quanto pronior: tanto magis indiget retrahente. & hanc custodiaꝫ semp habent: quoniã adhuc obstinatus dum aura potitur mortali conuerti potest: & p consequẽs de eius salute nõ est totaliter diffidendũ: exemplo medici qui neminem nisi de cuius totaliter salute desperat derelinquit. & p hec patet responsio ad quesitũ. Ad motiuũ autẽ in contrariũ dicit̃ ꝙ licet angelus interdũ relinquat hoĩeꝫ loco: cũ. s. in celo est localiter: nũq̃ tñ relinquit eũ quantum ad effectũ custodie: quia etiã cũ est ĩ celo cognoscit quid circa hominẽ agat̃. Nec etiã indiget mora tpis ad motum localem: sed statim potest adesse. Hec Tho. pri. pte. q. cxiii. & ii. sñiaꝝ. di. xi. ar. iiii. & Alex. ii. pte. sũme

S Ecunda questiũcula est: Si ex salute custoditi crescat gaudium angeli custodiẽtis. Ad quã sic respondetur: ꝙ premium angelorum est duplex. s. essentiale & accidentale. Quantum ad premium essentiale angelorum gaudium nõ crescit ex salute custoditi: nõ enĩ fiũt beatiores ut scilicet magis uideant: ament: teneãt deum ꝓpter salutem custoditi. Cuius ratio est: quia cum angeli sint beati: in beatitudine autem nõ possũt ꝓficere. Crescit tamen accidentaliter eorũ gaudium inquantuꝫ

extensius de pluribus gaudent & plura bona sunt adepti. Vnde formaliter solet dici ꝙ non gaudent ꝙ sint maiora bona adepti : sed quia plura : ut uerbum illud maiora : referatur ad premium essentiale : plura ad accidentale. Vnde sup illud Luce.xv.Gaudiũ est angelis dei super uno peccatore penitentiã agente:dicunt glose merito angeli gaudẽt de salute custoditi peccatoris: qa primo uident circa hominẽ sue custodie fructum:sicut medicus circa infirmũ. quia secũdo uident impleri numerũ subselliũ relictaꝝ eoꝝ. Tertio qa uidẽt tale habere cõsortiũ in laudando deũ. Vñ sup illud Iob.xxxviii. Vbi eras cũ me laudarẽt astra matutina: dicit glo.i.natura angelica & iubilarẽt filii dei. hec ex Tho.& Bona.

TErtia questiũcula est: Si angeli affligant̃ & doleãt de malis & de dãnatiõe custoditoꝝ. Ad quã sic respondet̃ ꝙ angeli nec detrimentũ glorie eoꝝ nec gemitũ aut tristiciã sumũt de malis & de dãnatiõe custoditi Qđ ꝓbat̃ triplici rõne.s.imunitatis:felicitatis:cõformitatis. Primo rõe imunitatis a culpa sic:Tristicia quedã pena est:pena aũt nõ ẽ nisi ei⁹ cui inest uel infuit uel in esse potuit pctm̃:Sꝫ in bonis angelis nõ fuit:nec est:nec esse põt pctm̃:ergo ĩ eis nõ põt tristicia. Scdo hoc idẽ ꝓbat̃ rõne felicitatis in pr̃ia sic:Angeli sũt in pfecta felici tate:sꝫ pfecta felicitas q̃lis ẽ felicitas pr̃ie nõ cõpatit̃ secũ miseriã aliquã: eo ꝙ sicut includit oẽ bonum ita excludit omne malum:Sed omnis tristicia ad miseriam pertinet & est fugienda: scdm phm̃.ii.ethicorũ. ergo beati angeli tristes esse non possunt. Tertio hoc idem ꝓbatur

ratiōe cōformitatis ad supremā regulā que est deus: sic: Voluntas beatorꝝ est pfecte cōformis & cōiuncta uolū-tati diuine. Culpa aūt a diuina uolūtate est pmissiue & pena effectiue: ergo quicqd est: ē uolitū a deo: & sicut ē uolitū a deo: ita est uolitū ab angelis beatis. Vnde sicut nichil est de quo doleat deus: ita nichil ē de quo doleāt angeli. Vnde neqꝫ de peccatis hoīuꝫ tristant̄ cū sint uo-lita a deo indirecte. s. pmissiue. neqꝫ de pena damnatorꝝ cū sit uolita a deo directe. s. effectiue. Sꝫ utrobiqꝫ letant̄ de iusta pmissione & punitiōe: ppter cōformitatē quā habēt cū diuina iusticia: ppter quā causā dicimus scōs dānatis nō cōpati: imo de penis eorꝝ letari. Et si diceret̄ Gaudēt de bonis custoditi: ergo tristāt̄ de malis. Nega-tur cōsequētia: qa gaudere sequit̄ eorꝝ naturam. tristari aūt nō: Qd si etiā qnqꝫ reperiat̄ in scriptura ꝙ tristent̄ & fleant sicut ī ysaie. xxxiii. dicit̄: Angeli pacis amare fle-bant. Et in uitis patrū legit̄ de quodā angelo qui seque-bat̄ quendā monachū peccato cōsentientē cōplosis ma-nibus & flens: & postea cū esset cōuersus accessit ad eū ridens & gaudēs. Hec oīa methaphorisice intelligenda sunt & accipienda scđm quandā opationū similitudinē nō scđm affectionū īfirmitatē. hec Tho. pri. pte. q. cxiii. arti. vii. & Bonauētura. ii. sniarꝝ. di. xi. & Alexan. ii. pte summe. q. xli. arti. ii.

S Extum caput principale secunde decadis est de uigilātia & sollicitudine angelorꝝ circa sa-lutē hoīuꝫ. Circa qđ tres questiūcule soluent̄ quarū quelibet infra suo ordine enucleabit̄.

S

p Rima questiuncula est: Si angeli boni sint magis sollicititi ꝑ hoĩe q̄ sint contra eundem maligni spũs Ad quã primo uidet̃ respondendũ ꝙ nõ sint magis sollicitiboni angeli ad hoĩes auxiliandum: q̄ demones ad nocenduꝫ. Nã cõiter repiunt̃ hoĩes magis ardentes ad carnalia: q̄ ad spũalia. Et plures reperiunt̃ hoĩes arrepti suo modo & obsessi a demonibus ad maluꝫ: q̄ arrepti & obsessi a bonis angelis ad bonuꝫ: ergo. Rñ̃o dicendũ ꝙ angeli boni sunt magis sollicitii: & plus possunt ꝑ hoĩe q̄ mali contra eundẽ. Q d̄ ꝓbat̃ rõne & auctoritate. Ratione uero triplici. s. supioritatis: diffusionis: & consecutionis. Primo rõne supioritatis. Nã angelus bonus qui est inferior ordine nature preest demonibꝰ etiã supioribus ordine nature. Ratio est: quia uirtus diuĩe iusticie cui boni angeli inherẽt potior est q̄ uirtus naturalis angeloꝝ. Vnde & apud hoĩes spũalis hõ iudicat oĩa: ut dicit̃ prime Cor. ii. & phũs dicit in li. ethi. ꝙ uirtuosus est regula & mẽsura oĩuꝫ humanoꝝ actuũ. Tho. pri. pt. q. cxc. arti. iiii. ad tertiũ. Secundo rõne diffusionis. Nã de rõne boni est diffusio sui ad simile bonũ. de rõne mali est diffusio mali ad simile malũ. Sed potẽtior est habitus qui est bonũ: q̄ priuatio que est malũ: ergo. Tertio rõne cõsecutiõis: Nã sollicitior est circa custodiã: qui ex custodia cõsequit̃ bonũ: q̄ qui ex custodia cõsequit̃ penã. Sed angeli boni ex custodia bonoꝝ cõsequũt̃ quoddam gaudiũ accidẽtale: & mali cõsequũt̃ ex pctõ maloꝝ penã maiorẽ accidentalem: ergo. Propterea de bonis angelis dicit psal. Bñ̃dicite dñ̃o oẽs angeli eius potẽtes

uirtute facientes siue exequentes uerbum dei circa om-
nem creaturã: & circa homines maxime quorum prin-
cipaliter eis est custodia. Ex quibus patet q potentius:
perfectius & plenius spiritus boni possunt operari cir-
ca custoditos in bonum: q̃ mali contra bonos in malum
Potest siquidẽ spiritus malus quẽcunq; hominẽ arripe
re ei inspirante: in eum qualitercũq; illabi: ut p ipsũ mi
rabilia operet & enunciet: ut eũ occulta scire faciat: po-
test imutare corpus & sensus interiores eius & exterio-
res: ingerere inclinationes: passiones: cogitatus: instin-
ctus ut dicet in tertia decade. Sed multo longe pfectius
potentius & plenius possunt spũs boni in bonos: Nam
possunt spũs boni in bonos illabi: eos excitare & rapere
illuminare ad dei secreta inflãmare: mirabiliter ad dei
amorẽ: quẽadmodũ patet ĩ multis sanctis uiris: Dñico:
Francisco: & possũt similiter boni angeli circa corpa ho
minũ eadẽ fecere que & mali facere cõsueuerũt & lõge
pfectius. Nõ eni põt diabolus sic ardẽter inflãmare ho-
minẽ ad uitiũ aliquod: quin angelus bonus possit ardẽ
tius ad appetibilia uirtutũ accẽdere. Nõ põt diabolus
facere aliquẽ ita supbũ quin angel⁹ dei possit aliquẽ fa-
cere magis humilẽ. Et breuiter nõ pñt mali ãgeli hoĩes
ita fortiter ad mala ĩpellere quĩ forti⁹ & pfecti⁹ boni an-
geli possint eosdẽ ad cõtraria inducere. Ad motiuũ aũt
in oppositũ dicit q ideo cõiter plures inueniunt carna-
les q̃ spũales: quia plures sequũt sensualia que suadent
demones q̃ spiritualia ostẽsa ab angelis bonis. hec hen-
ricus de Assia super genesim.

S

S Ecũda questiũcula ẽ: q̃re angeli amicitiores hoib⁹ & fortiores demonib⁹ (ut nũc supra cõclusum est) pmittunt & pmiserũt hoies & scõs uiros uexari qñq; & supari a demonib⁹ maxime cũ pditio custoditi ascribat negligẽtie custodiẽtis. Vnde dicit cuidã. iii. Reg. ii. Custodi uirũ istũ qui si lapsus fuerit erit aĩa tua p aĩa eius. Ad quã sic respondet q angeli circa custodiã hoiu3 non tantũ agũt quantũ sciũt & pñt. S3 quantũ pmittit eis a deo primo custode: scdm ordinẽ puidẽtie & iusticie sue & quãtũ nos acquiescim⁹ eorũ cõsiliis. Vnde si eorũ cõsilia admitteremus & permitterent a deo q scdm ultimũ potentie sue possent agere ad illuminationem & iustificationem hominũ & repulsionem demonum. Possent utiq; & potuissent in paruo tempore quantũcunq; peruersos & malos aduocare ad cognitionem ueritatis: & accẽdere ĩ amorẽ uirtutis: nõ est ergo ex pte negligẽtie angelorũ: nec est eis ĩputandũ: q tot hoies eorũ curis cõmissi pereãt uel tẽptent cũ in angelis nulla cadat pprie negligentia. Quimo tanta est angelorũ cura de hoib⁹ ut nec etiã quoscũq; obstinatissimos penit⁹ reliquãt: quos si relinquerẽt maligni spũs statĩ eos ĩ mortẽ pcipitarẽt. S3 est primo qa nos repellim⁹ eos dũ eorũ cõsiliis nõ acqescimus: cũ nõ possint supra nostrã facultatẽ arbitrii. Et ẽ scdo qa circa nos tm̃ p uirib⁹ agũt quãtũ eis pmissũ ẽ ex ordĩe iusticie & puidẽtie diuĩe. Et tertio ẽ qa cũ angeli non subsint statui currenti huius mundi cum sint cõfirmati ĩ bonũ: nõ pñt agere & conari extreme p uiribus pro hominib⁹ uiatoribus alterius status & nature.

Ad motiuū autem in contrariū dixit Origenes super illud numeri.xxv.Initiatus est israel belfegor:preest angelus bonus hominib⁹qui pro delictis culpabit͛ & in iudiciū adducetur & p bene gestis laudabit͛.Sed hoc falsum est:quia angeli boni nullo modo culpabunt͛ nec in iudicium adducent͛:nisi forte intelligat͛ ꝙ ad iudicium adducent͛:nō ad eorū condēnationē ꝓpter aliquā negligentiā cōmissam circa homines:sed ad manifestandum ꝙ improbi dānati sunt malicia sua & nō ex culpa custodum:Posset etiā dici Origenē ītellexisse p angelos:prelatos & sacerdotes:allegorice:a quibus requirent͛ in iudicio anime subditoꝝ. hec Henricus de Assia sup geñ.

T Ertia questiūcula est:Si boni angeli timeāt cadere a deo p peccatū.Ad quā sic respondet͛:ꝙ in angelis & beatis nō cadit timor cadendi a beatitudine siue a deo separādi:quia in patria timor seruilis siue timor pene nullo modo erit propter securitatē eterne beatitudinis:bene tamen ibi erit timor filialis:q timor est de malo:quod est deo nō subici: quod quidem naturaliter est homini possibile ꝓpter naturalem flexibilitatem liberi arbitrii eius. Sꝫ fit ibi impossibile ꝓpter glorie pfectionem.Vnde in uia timor mali est oīno possibilis: in patria uero est possibilis ex parte nature:īpossibilis ex pte glorie.Et cum arguit͛ in contrariū p illud Iob.xxvi.dicentis: Colūne celi cōtremiscūt & pauent ad nutū eius canonizatū:de cōse.di.ii.c.hii duo hymni.Respondet͛ ꝙ colūne celi.i.angeli pauent: aut timore filiali aut in contemplatione dei incōprehensibilis ab eis & supra se

existentis. Hec dñs Io. cardinalis sancti Sixti de conse. di. ii. c. hii duo hymni.

S Eptimũ caput principale secũde decadis est de potentia & uirtute angelorũ. Circa quod tres questiũcule soluentur: quarum quelibet infra suo ordine declarabitur.

P Rima questiuncula est: Si angeli possint ĩmutare potentias interiores & exteriores hominũ. Ad quã sic respondet: q angeli ꝓpter potentiã eorũ in materiã corporalẽ & influentiã ipsorum in hoies possunt ĩmutare & ĩmutant qñq; eorũ sensum: inclinãt affectũ: & illuminant intellectũ. Primo possũt ĩmutare utrũq; sensum. s. interiorẽ & exteriorẽ. & hoc duobus modis. Primo aliquod sensibile uel de nouo formãdo uel a natura formatum sensui opponendo. Secũdo spiritus & humores intus cõmouendo. Vnde legit' geñ. xix. q angeli qui subuerterũt Sodomã & gomorram: ꝑcusserunt sodomitas cecitate uel acrisia ut ostium domus intrare nõ possent. Et simile legit'. iiii. li. Regũ. c. vi. de syriis quos heliseus duxit in samariã. hec. b. Tho. pri. ꝑte sũme. q. cxi arti. iiii. Secũdo angeli possunt ĩmutare hominis rationalem appetitũ. s. uoluntatẽ. Vbi nota q uoluntas hominis duobus modis mutari potest. s. ab interiori & ab exteriori. Primo ab interiori: & hoc modo solus deus potest uoluntatẽ hominis mutare. Cuius ratio est: quia cũ uelle sit inclinare uoluntatẽ in rem uolitã: sicut inclinatio naturalis nõ est nisi a deo q dat naturã: ita inclinatio uolũtaria nõ est nisi ab eo qui uoluntatẽ causat. s. a

deo. Unde pu͂er. xxi. Cor regis in manu dei & quocūq3 uoluerit uertet illud. glo. Cor. i. uolūtas regis. est in manu. i. in potestate dei nō ꝓpria. Et quocūq3 uoluerit uertet illud: uel ad duritiam uel ad mansuetudinem ad bonū uel ad malū. Secūdo uolūtas hoīs mutari potest ab exteriori. Et sic angelus uoluntas potest mutare. i. allicere uel inclinare duobus modis. Uno modo ostendēdo uel presentando exterius obiectnm. Alio modo cōcitando interius appetitū sensitiuū ad aliquā passionem: puta ad iram uel concupiscentiā. Ex quibus duob9 uoluntas hominis ad uolendum aliquid inclinat᷑: nō tamen ex hiis duobus uolūtas hominis cogit᷑ uel necessitatur: quia uolūtas semp̄ remanet libera ad consentiendū exteriori persuasioni & interiori affectioni. Hec. b. Tho. pri. pte. q. cxi. arti. ii. in cor. q. Tertio angeli possūt illuminare hoīs intellectū inquantū docēt hoīes intelligi lem ueritatē similitudinibus sensibiliū: scd̄m illud Dionysii primo. c. celestis ierar. dicentis: ꝙ īpossibile est nobis aliter lucere diuinū radiū nisi uarietate sacrorū uelaminū circūueletur. Q đ etiā ꝓbat᷑ similitudine speculi Dicit enī Dionysius in libro de diuinis noībus: ꝙ angeli & anime sunt specula spiritualia. Unde sicut in speculo materiali obiecto alio materiali speculo species representate in uno se gignūt & representāt ī alio. Ita potest esse ꝙ speculum spirituale. s. angelus obicit se anime: & sic species quas de deo recipit infundit anime & illuminat intellectum ad cognoscendū diuina & habendū cogitationes bonas. Hoc exemplū ponit Alexāder. ii. pte

ſume·q·xxxix· Sed forte queres & dices de quibus angelus illuminat hominis intellectum· Reſpondet q̈ de quatuor·ſ·de cogitandis:cognoſcēdis: credendis:& agēdis·Primo de cogitandis nō quidem īmittendo aut faciendo bonas cogitationes principaliter: quia hoc modo attribuuntur bone cogitationes ſuperiori principio ſcilicet deo· Sed procurando inquantum bone cogitationes miniſterio angelorum procurantur prout boni angeli illuminant: habilitant uel excitant intellectum ad habendum bonas cogitationes interius fundendo uel firmando bona fantaſmata : uel remouendo impedimenta omnia· Secundo boni angeli illuminãt intellectum hominis de cognoſcendis· Nam p bonos angelos adiuuatur homo & illuminatur ut ex creaturis perfectius in cognitionem diuinam deueniat· Tertio boni angeli illuminant de credendis inquantum per bonos angelos hominibus diuina principaliter reuelantur:& ſic cauſatur in eis fides.Quarto illuminant de agendis exquo enim de fide & de credendis illuminant: ad operationem fidei operantur·Hec beatus Thomas pri·pte q·cxi·arti·ii.

S Ecũda queſtiũcula eſt:Si angeli poſſunt conſecrare corpus xp̄i·Ad quã reſpondet negatiue·Ratio ē quia officium cōſecrandi hominis ſacerdotis eſt & non angeli:ſcd̄m illud Luce·xxii·Accipite inter uos & diuidite·glo·ibi·Accipite uos hoīes ſacerdotes & date: ergo zc̄·Sed querit quare nō dedit xp̄s angelis hãc poteſtatē Reſpondet qa ptãs diſpēſandi ſacramēta fluit a capite

christi in membra eiusdem nature humane cũ christo. Angeli autem nõ sunt membra humana cum christo. Et cũ dicit a Gregorio: & ponit in.c.qd sit de cõse.d.ii. ꝙ angeli adsunt in celebritate hui⁹ sacramẽti. Rñdet ꝙ angeli dicunt adesse ministerio misse: nõ cõficiendo sed precãtes: nostra munera sint deo accepta. hec dñs Alex. de Ales. & Io. de turre. crema. ubi supra.

T Ertia questiũcula est: Si angelus bonus uel malus in figura hoĩs sacerdotis apparẽs possit baptizare aut absoluere. Ad quã sic respondet ꝙ nec bono angelo nec malo cõuenit baptizare. Et ꝓbat primo de bono angelo scd̃m illud ad hebreos. vii. In hiis que sunt ad deũ constituit ꝓ hoĩbus pontifex ex hoĩbus assumptus: Sed angeli boni aut mali nõ sunt homĩes: ergo nec ministri possũt esse sacramentorũ. Angelus etiam malus nullo modo potest baptizare. Ratio est: quia cũ sint puersissimi nullo modo intendeẽrt ꝓcurare salutẽ baptizati que est spũalis regeneratio. Sed facerent intentiõe decipiendi: cum sint spũs mendacii. Requirit autẽ ꝓmaxime ad efficatiam baptismi intentio. Vnde quia cũ ecclesia nõ cõueniret in intentione: licet ĩmergeret nõ tamen baptizaret: etiã si debitam formã uerborũ haberet. Similiter dico de absolutiõe a peccatis: nõ. n. esset absolutus si angelus malus in forma hominis sacerdotis appareret. Sicut patet in uitis patrũ. Angeli tamen boni si constaret de bonitate ipsorũ. baptizati nõ deberent rebaptizari. Ratio est: qa sicut de⁹ nõ ita uirtutẽ suã alligauit sacramẽtis quin possit sine sacramẽtis effectũ sacramentorũ

S

conferre:ita etiã uirtutē suam nō ita alligauit ministris ecclesie:quin etiã angelis bonis possit tribuere potestatem ministrandi in sacramētis. Et quia boni angeli sūt nuncii ueritatis:iō si aliquod sacramentuꝫ ministraret̄ ab eis ratū habendū esset:cōstaret enī ꝙ hoc fieret uolūtate dei. Sicut quedã templa dicunt̄ angelorū ministerio consecrata. Et cū arguit̄:qa baptizare est actio ierargica scd̄m Dionysiū:que est purgatio quedã. Sed angeli exercent in nobis actiones ierargicas: quia purgãt & illuminãt:ergo etiã & baptizare possūt. Respondet̄ negando consequentiã:quia angeli illas ierargicas oꝑationes exequunt̄ inuisibiliter nō corꝑalibus instrumentis Ideo nō est simile. Hec dn̄s Io. de turre cre. Cardinalis suꝑ. c. Romanus de conse. di. iiii.

OCtauum caput principale secūde decadis est de angelorū uirtute respectu distantie localis Circa quod quinqꝫ questiūcule soluent̄:quarum quelibet infra suo ordine declarabit̄.

PRima questiūcula est: quō unus angelus itelligat aliū. Ad quã sic respondet̄ ꝙ ut dicit Aug⁹ suꝑ geñ. Illa que in uerbo dei ab eterno extiterūt fluxerūt ab eo dupliciter. Vno modo in intellectū angelicū. Alio modo ut subsisterent in seipsis & in ꝓpriis naturis:Et in intellectū angelicū ꝓcesserūt rationes rerū ꝑ hoc ꝙ deus menti angelice impressit similitudines rerū tam spiritualiū q̄ corporaliū quas postea in esse naturali ꝓduxit Cū ergo oīs cognitio sit scd̄m similitudines rerū cognitarū in cognoscente: & quilibet angelus rerum omniū

ſpiritualiũ & corporaliũ ſimilitudines ĩpreſſas habeat tunc unus angelus aliũ intelligere dicit̃ cũ ſe conuertit ſup ſimilitudinẽ quã habet impreſſam illius. Similiter & tũc alias res intelligere dicunt̃ cũ cognoſcunt illas ĩ ꝓpria natura ꝑ ſpecies rerũ eis innatas: & hec uocat̃ in eis cognitio ueſpertina: ad differentiã cognitionis in eis matutine. hec ex theologis.

S Ecũda queſtiũcula eſt: quid eſt ĩ angelis cognitio matutina & ueſptina. Ad quã ſic reſpondet Auguſtinus. iiii. ſup geñ. &. xi. de ciuitate dei. ad Oroſium ꝙ cognitio ueſpertina in angelis eſt cognitio rerũ conditarũ in genere ꝓprio & ꝓpriis naturis ꝑ ſpecies & ſimilitudines ipſis angelis impreſſas & ĩnatas: & talis cognitio rerũ creatarũ in ꝓpriis naturis & ꝓprio eſſe: ideo uocatur in angelis ueſptina & a poſteriori: quia oĩs creatura ad deũ cõparata qui eſt lux ꝑ eſſentiã: quaſi quedam ueſpera & tenebra eſt. Cognitio uero matutina eſt cognitio rerũ conditarũ ab angelis ĩ uerbo. i. in eſſentia diuina dũ cognoſcunt eas ꝑ ratiões rerũ: uel ꝑ ydeas que ſunt in uerbo tanq̃ in ſpeculo a priori: & tanq̃ in principio emanationis earũ. Et quia cognitio rerũ in uerbo ꝑfectior eſt cognitione in ꝓpria natura. Idcirco prima cognitio angelorũ dicit̃ matutina: ſecũda ueſptina. Exempli gracia ſcđm Auguſtinũ: Qui opera ſex dierũ nõ exponit ꝓut ĩportant ſucceſſiones temporũ: ſed ꝓut dicũt cognitionẽ angelicaȝ relata ad ſex genera rerũ ꝑ ordinẽ conditarũ. Angeli inquantũ nouerũt lucẽ ꝓductam & a tenebris diuiſam ĩ genere ꝓprio. i. inſpiciẽdo intuitiue

lucem creatã in se ipsa & suo esse: dicit cognitio angeli uespertina. Sed inquantũ angeli eandẽ lucem in uerbo & essentia diuina cognouerũt: dicit cognitio angeli matutina: & hic uocat scd͠m Augustinũ dies unus. Inquantũ uero deinde cognouerunt firmamentũ & diuisiones aquarũ ab inuicẽ intuitiue in ꝓprio genere uocat cognitio uespertina. Inquantũ autẽ cognouerũt firmamentũ & diuisiões aquarũ ab inuicẽ in uerbo: dicit eoꝝ cognitio matutina: & uocat scd͠m Augustinũ dies secũdus: & sic de singulis opib⁹ sex dieꝝ successiue. hec ex theologis

T Ertia questiũcula est: quõ unus angelus loquit cũ alio. Ad quã sic respondet: ꝙ locutio nichil aliud est q̃ manifestatio alicuius latentis in corde. Unde proprie oĩs locutio fit rõne cõmunicatiõis latentiũ. Manifestum est autem ꝙ inttelligibile tripliciter est in intellectu. Primo quidẽ habitualiter siue in abscondito memorie: ut dicit Augustinus. Secũdo ut in actu considератum uel conceptum. Tertio ut ad aliud relatuȝ extra se: per imperiũ autem uoluntatis quando mens conuertit se ad actum considerandũ quod habet in habitu loquitur aliquis sibi ipsi: & tunc dicit formare uerbũ cordis. Cum uero conceptus mentis per imperiũ uoluntatis ordinatur ad alterum puta ad agenduȝ aliquid uel ad manifestandum alteri: tunc dicitur formare uerbuȝ oris. In nobis autem interior mentis conceptus duplici obstaculo clauditur primo ipsa uoluntate que conceptum intellectus potest retinere clausum interius: & sic nullus potest mentem alterius uidere nisi sol⁹ deus.

nisi solus deus. Secũdo claudit᷑ mens hois ab alio hoie: p grossitiem corpis. Unde cũ etiã uolũtas ordinat conceptũ mentis ad manifestandũ alteri nõ statim cognoscit᷑ ab altero: sed oportet p lingue ianuã egredi & p illã quales sumus intrinsecus ostendere extra. Angelus aũt secundũ obstaculum nõ habet quia incorporeꝰ: & ideo mens angelica qñ conuertit se p imperiũ uoluntatis ad considerandũ in actu qđ prius habebat in habitu: tunc dicit᷑ loqui sibi ipsi. qñ autẽ ordinat conceptum suũ ad manifestandũ alteri angelo: tunc loquit᷑ illi & potestas sic ordinãdi conceptus suos ad alterũ manifestandũ dicit᷑ lingua eius. Differt autẽ locutio ab illuminatiõe dupliciter. Primo quia illuminatio ꝓprie dicit᷑ in angelis de hiis que supior angelus in lumĩe diuine essentie apprehendit que inferior angelus ex se nõ uidet. Locutio autẽ est de motibus liberi arbitrii quos in uno alius nõ uidet. Secũdo quia illuminatio fit p hoc ꝙ lumen intellectus inferioris angeli fortius p lumen supioris angeli cõfortat᷑ ad aliquorũ cognitionem. Sed locutio p hoc ꝙ aliqua prius occulta opponunt᷑ ut cognoscenda sine cõfortatione luminis. hec ex Tho. & theologis.

QVarta questiuncula est: quot modis põt aliqs spũs alloqui hoĩem. Ad quã sic respondet᷑: ꝙ spũs aliqs etiã intelligibiliter hoĩ uel angelo loqui põt quadrupliciter. Primo nãq; uoce ydiomatica exteriori formata ul᷑ p se in medio uel in lingua corpis assũpti seu corpis alicuius aĩalis cui taliter illapsus est ut usu organorũ eius p ipsum loqui possit: & hoc modo locutus est diabolus

S

dñe Eue ut infra dicet᷑. Secũdo p modũ actuatiõis fantasie tali uel tali ordine: & hoc solũ scd̃m fantasticã dictionũ uocaliũ uel scripturarũ date ydiomatis. Tertio p modũ actuationis fantasie scd̃m fantasmata rerũ sensibiliũ. Istis duobus modis põt actuari fantasia p cõmotionẽ & alterationẽ fantasmatũ atq; eoꝝ uariã obuiationem & applicationẽ respectu sensus interioris: qa spiritibus creatis bonis & malis obediũt res corpales quantum ad motũ localẽ: & istis duobus modis ꝓxime dictis põt spũs loqui hoĩ etiã locutione interiori preter exteriorẽ. Quarto modo põt spũs loqui hoĩ p ĩmediatũ influxum specierũ uel actuũ in potentiã intellectiuã uel sensitiuã. & iste quartus modus est solũ spiritui increato possibili de cõi & naturali cursu. hec henric⁹ sup geñ.

Q Vinta questiũcula est: Si distantia localis ĩpediat locutionẽ angeloꝝ ad inuicẽ. Ad quã respondetur negatiue quia in oĩ eo qđ abstractuз est a loco & tpe & hic & nũc nichil oĩno facit nec operat᷑ loci distãtia nec diuersitas tpis. Sed locutio angeli que in intellectuali opatione consistit est abstracta a loco & tpe & ab hic & nũc: ergo ad eã nichil facit distantia loci. Qđ si arguat᷑ in contrariũ: qa ysaie. vi. dicit᷑: ꝙ clamabat unus angel⁹ ad aliũ: qui clamor ut uidet᷑ erat ꝓpter distantiã localẽ ĩpedientẽ. Respondet᷑ ꝙ angelus clamare dicit᷑ inquantũ cõuertit se p speciẽ ad aliũ ad ostendẽdũ ut alius capiat eũ: uel ad ostendenduз magnitudinẽ rei que dicit᷑ uel magnitudinẽ affectus scd̃m qđ dicit greg⁹. ii. mora. Tanto quisq; minus clamat quãto min⁹ desiderat. hec

oīa Tho·pri·pte·q·clxx.& doctores·ii·sniaꝝ·

N Onum caput principale secunde decadis est de potenti & sagaci angeloꝝ resistentia. Circa quod tres questiũcule soluent: quarum quelibet infra ordinarie declarabit·

P Rima questiũcula est: quotuplex sit preliũ & pugna angeloꝝ· Ad quã sic respondet: ꝙ inter angelos dicit esse triplex pugna uel resistentia: quia angelus bonus dicit resistere malo: & malus dicit resistere bono: & angelus bonus dicitur resistere bono· Primo enim bonus angelus resistit malo quãdo cohibet potestatem nocẽdi· Vnde dicit Apoca·xx·ꝙ bon⁹ angel⁹ ligauit diabolũ·i·ei⁹ potestatẽ ĩpediuit ut nõ tẽptaret quantũ uult tẽptare·i·usq; ad casũ· Vbi nota ꝙ ptãs diaboli ligata ẽ a deo principaliter: & ab angelo & ab hoĩe instrumẽtaliter: inquantũ angeli & scĩ hoĩes in uirtute dei demonẽ artauerũt & expulerũt· Secũdo malus angelus resistit bono qñ illud qd bonus angelus intendit facere: malus nitit ĩpedire sed nõ ualet: ut dicit Apoca·xii·Draco pugnabat cũ Michaele & angeli ei⁹: & nõ ualuerunt neq; locus ipsoꝝ ampli⁹ in celo est inuentus· Tertio angelus bon⁹ dicit resistere bono: sicut dicit Dañ·x· Vbi angelus michael princeps iudeoꝝ loquẽs de angelo alio prĩcipe psarũ sic dicit: Princeps regni psaꝝ restitit michi uiginti & uno dieb⁹· Que uerba greg⁹ in moralib⁹ exponẽs dicit: ꝙ uterq; angel⁹ fuit bon⁹ & tñ pugnã & discordiã ad ĩuicẽ habuerũt: que pugna unitati & charitati que ẽ inter bonos angelos nõ repugnat· Vñ hoc modo ẽ intelligenda· Cõtingit enĩ ꝙ ĩ diuersis gentib⁹ diuersa merita

īueniant̃ scd̃m quoꝝ diuersitatē uidet̃ q̄ una gens alteri subesse debeat uel ab ei⁹ dominio liberari sicut tūc in iudeis erat: q̄a Danielis oro quantū in se erat liberationē populi merebat̃: sꝫ peccata populi & etiā utilitas quam iudei faciebāt in regno persarū dū p̄ eos dei noticia diffundebat̃ in cōtrariū erat: pugna ergo que īter tales bonos angelos erat nichil aliud fuit q̃ diuersa relatio meritorū sup̄ q̄bus uterq; angelus diuinā cōsulit uoluntatē Allegabat enī angel⁹ q̄ iudeis preerat: pn̄iam iudeoꝝ & īiusticiā populi qui eū detinebat: & iō liberationē eius petebat. Econtra uero angelus regis persarū dicebat diuinū cultū & nomen dei p̄ iudeos publicari & iō cōueniēs erat ut ī illa p̄ria remaneret: & sic quātū in se est allegabat q̄ pp̄l̃us iudeoꝝ liberari n̄ deberet. Ista ergo cōtraria allegatio meritoꝝ erat pugna angelorū. Et q̄a nō stati angeli cognoscebāt q̄d sup̄ agēdis diuīa uolūtas ordinaret: iō tāto tp̄e dr̃ angelus unus alteri restitisse quāto ipse deus distulit liberationē iudeoꝝ angelo q̄ eis p̄erat reuelare: uł quāto tempore deus distulit danieli liberationē uel reuelationē huiusmodi reuelare. hec tho. secūdo sn̄iaꝝ. di. xi. q. ii. arti. v.

S Ecūda questiūcula ē: si preliū angeloꝝ de quo scribit̃ Apoc. xii. q̄ michael p̄liabat̃ cū dracone ꝛc̃. fuerit reale & corpale: an intētionale & mētale. Ad quā sic respondet̃: q̄ reale fuit: nō tñ corpale. Pro quo intelligēdo sciendū est q̄ in nobis p̄ter genera belloꝝ que ptinēt ad potentiā executiuā exteriorē expimur ēt aliq̄ genera belloꝝ ptinētiū ad aliq̄s opatiōes īmanētes & īteriores.

Primū.s. inter appetitū sensitiuū & itellectiuū: isti enī duo appetitus inclinant̄ ad opposita. Nā caro cōcupis cit aduersus spiritū & ecōuerso. Secundū preliū est in ter intellectū & uoluntatē: sicut qn̄ ratio iudicat aliqd faciendū & uolūtas renuit. Tertiū inter uolūtatē & uo luntatē diuersorū nō unius ad se. Quartū inter intelle ctū & intellectū ex cōtrariis opinionib᷒ p rōnes opposi tas. Bellū igit̄ angelorꝫ iuxta predicta triplex fuit iuxta tria que reperiūt̄ in natura eorꝫ intellectuali. s. ratio: uo luntas & facultas. Per rationē enī electi & reprobi con traria sentiebant. Per uoluntatē ad contraria afficiebāt̄ Per facultatē uero ad opposita nitebant̄: Nā angeli ele cti de deo: de gracia: & gloria ei᷒ sentiebant sublimiter: ad ea afficiebant̄ & nitebant̄. Et econuerso mali angeli Et sic intelligendū est etiā de altercatione Michaelis cū diabolo de reperitiōe corpis Moysi: de qua scribit̄ Iude primo. c. &. xxiiii. q. iii. c. si igit̄. Hec Franciscus de ma rone. ii. sniarꝫ di. vi.

TErtia questiuncula est: de quo & qua materia fuit preliū Michaelis cū dracone. Ad quā sic responde tur: ꝙ lucifer qui ceteris in esse erat excellētior ut patet in Daniele: Sub typo regū terre supbissimorū: incogita bili elatione supbie: dicebat in corde suo: Deus ego sum In cathedra sedeo. Ego a me ipso sum: sine initio: negan do aliquē maiorē se qui fecerit eū: & cōsequēter sic am biebat ascēdere in celū ut celi teneret iperiū: ambiebat ascēdere sup altitudinē nubiū ut ab oibus angelis ado raret̄ ut deus: & habito i se cōsilio dixit: Ego sum plen᷒

S

ſapientia pſuadebo oibus angelis ita ꝙ ſine cõtradictio ne credẽt michi dicẽti:deus ego ſum:a me ipſo ſum:pre dicauitqꝫ eis ſine tpis mora ut habet̃ in Daniele ubi di/ cit̃:Fines ſuos emiſit ad uniuerſa ligna regionis.i.effu/ dit eloquia ſapiẽtie ſue ad uniuerſas angeloꝝ multitu/ dines ut ſibi obedirẽt. Sꝫ dñs deus qui nõ pmittit crea/ turã tẽptari ſupra id qđ põt:ſuſcitauit unũ de archange lis qui cõſtanter diceret:nõ es tu deus:ſed eſt alter excel lentior qui te & oẽs nos creauit:& iõ ille uocatus eſt mi chael:qui interpretat̃ quis ſicut deus nr̃: qui reſiſtendo lucifero dixiſſe phibet̃:Cur dicis ego ſum de⁹:Quis enĩ põt eſſe deus ſicut de⁹noſter: & ſimilia. & tũc factũ eſt preliũ in celo ut dicit̃ Apoca.xii. ꝙ michael pugnabat cum dracone.hec Henricus de Aſſia ſup geñ.

D Ecimum caput ſecu nde decadis eſt de aſſum ptione hominũ intra choros angelorũ. Circa quod due queſtiũcule nunc infra notate ſol/ uentur.

P Rima queſtiũcula ẽ:Si ad angelorũ collegiũ poſt mortẽ hoĩes aſſumãt̃. Ad quã primo uidet̃ reſpon dendũ negatiue.Ratio eſt:quia plus diſtat natura hoĩs a natura angeloꝝ q̃ natura uni⁹angeli a natura alteri⁹. Sed angelus inferioris nature nõ põt ptingere ad ſupe/ rioris ordinẽ: ergo uidet̃ ꝙ nec hoĩes ad ordines angelo rũ aſſumant̃:nec aſſumi poſſint. In cõtrariũ eſt Math. xxii.ubi dicit̃ a xp̃o:Erũt ſicut angeli dei in celo. Et ec/ cleſia cantat:Gaudẽt chori angelorũ cõſortes & cõciues nr̃i.Rñ̃o dicẽdũ ꝙ circa hoc triplex fuit opinio.Quidã

eni cōmentator grecus epus Eustratius dicit in cōmen-
tario sup·vi·ethicorꝝ Aristotelis ꝙ nemo tantum aīe sue
ꝑfectū sperare pōt ut ad opationē intellectuū separato
rū siue substantiarū intellectualiū sepatarū cuiusmodi
sūt angeli ptingat·Et scđm hoc dicendū est ꝙ hominū
q in gloria assumunt᷑ erit unus ordo decim⁹ inferior·ix.
ordinibus angelorū· Sed hec opinio est cōtraria dictis
sanctorū:& uidet᷑ etiā sapere heresim· Cū etiā beata uir
go sit exaltata sup choros angelorū ut habet ecclesia·&
ponit᷑ in·c·pronunciandū de cōse·di·iii·& Aug⁹·xii·de
ci·dei dicit:ꝙ nō erunt due societates hominū & ange-
lorū sed una·Alia opinio est ꝙ quidā hominū assumen
tur ad ordines angeloruꝫ· Alii uero facient unū ordinē
decimū ut expleat᷑ similitudo de decima dragma pdita
que ponit᷑ Luce·xv· Sed hec diuersimode assignantur·
Quidā dicunt ꝙ solū uirgines ad ordines angelorꝝ assu
munt᷑ eo ꝙ cognata sit angelis uirginitas:ut dicit hiero
nymus·Alii uero electi decimū ordinē constituūt· Sed
hoc etiā nō uidet᷑ uerū: qa multi nō uirgines ut Petrus
& magdalena multis etiā uirginibus eminētiores sunt.
Vnde alii dicūt ꝙ pfecti assumunt᷑ ad ordines angelorꝝ
sed illi qui sūt impfectorꝝ meritorū decimū ordinē con
sumabūt· Sed cū ex hoībus & angelis futura sit una ec
clesia & ierarchia nō est ꝓbabile ꝙ numerus ordinū qui
celesti ierarchie competit p tria terna distinctus ut ipse
numerus ordinū exprimat trinitatis increate uestigiuꝫ
p hoīes augeat᷑·Et qn̄ dicit᷑ i·c·duo hymni·de cōse·d·i·
ꝙ sit decim⁹ ordo eorꝝ zc̄·Sic intelligendū est:ꝙ de hoi-

S

bus restaurabit' qd in angelis lapsũ est:de qbus tot cor-
ruerunt unde posset fieri decim⁹ordo. Similiter qñ ma
gister sniarꝫ in.ii.d.ix.testat' de scriptura cui⁹ maior est
ueritas q̃ oĩs humani ingenii pspicacitas:ut dicit Aug⁹
que dicit ꝙ ex hoĩbus decimus ordo est restaurandus.
Respõdet Albertus ꝙ ibi decimus ordo nõ est accipiẽ-
dus ratione numeri:sed rõne gradus in gloria uł gracia
Est tertia positio que doctrinis sanctorũ magis cõsona
est & que magis doctrine theologorꝫ placet:& maxime
sancto Tho.Alberto magno:dño Vlrico ꝙ oẽs electi as-
sument' ad ordines angelorꝫ:quidã.s.ad supiores:quidã
ad iferiores:quidã ad mediocres ꝓ diuersitate suorꝫ me-
ritorũ:sed beata maria sup oẽs.Hec aũt positio patet ex
glosa sup illup psal.Constitues eos principes zc.que di
cit:elegit pauperes ut exaltet ad ordines celi qui sũt ex
hominibus & angelis.Item glosa sup illud Deuterono-
mii.xi.Omnẽ locũ quem calcauerit pes uester zc.Dicit
ibi glosa:Si diabolũ uincere potero: si meruero ut deus
conterat eũ sub pedibus meis:cõsequẽter locum in celo
eius habebo.Itẽ Dionysius.c.i.de diuinis noĩbus dicit:
Hoĩes angelorꝫ gloriã sortient'.Item greg⁹in omelia de
centum ouibus dicit:ꝙ homĩes scd̃m diuersitatem me-
ritorum ad diuersos ordines transferent' angelorum.Et
in omelia de angelorum distinctiõe dicit greg⁹:Distin-
cte cõuersationes hominũ singulorũ hoĩbus cõgruunt
& in eorum sortem uel ordinem per cõuersationis simi-
litudinem deputant'.Nã sunt pleriq; qui parua capiũt
zc.Si autem querit' utrum assumant' tot de hominibus

quot angeli ceciderũt uel remãserũt uel plures uel pau
ciores. Respõdeo & dico: ꝙ ille hoc solus scit cui soli co-
gnitus est numerus electoꝝ in supna felicitate locãdus
& hic est deus. Ad rationẽ aũt in oppositũ: & ad aucto-
ritatẽ Eustratii respõdet: ꝙ hoĩes assumi ad ordines an
gelorũ põt intelligi tribus modis: Vel ex pte nature: uel
gracie: uel efficacie. Primo ex pte nature & sic nullus as
sumi põt ad ordines angeloꝝ: tũ quia in hoĩe naturalis
actio nunq̃ põt ptingere ad equalitatẽ angeloꝝ. nullus
enĩ intellectus humanus scđm suã formaʒ põt ptingere
ad cognoscẽdũ deũ ut angeli: tũ quia semp remanebũt
distincte nature. s. angelica & humana. Secũdo modo
assumi ad ordines angelorũ põt intelligi ex pte gracie:
& tũc dico ꝙ nõ solũ ad ordines sʒ supra ordines ange-
lorũ assumi põt: ut pʒ de beata uirgine que ex eo ꝙ ha-
buit plus de gracia sup oẽs choros angeloꝝ est exaltata
Tertio modo põt intelligi assumi ad ordines angelorũ
ex pte efficacie: & tũc dico ꝙ q̃uis angelus inferior non
possit mereri ut ad gloriam angeli supioris pueniat: tñ
hõ sic: eo ꝙ meritũ hoĩs est efficacius q̃ meritũ angeloꝝ
Q đ pbat quatuor rationibus. Prima est ppter dei libe-
ralitatẽ que nõ obstãte humane nature infirmitate hoĩ
tantũ uult dare quantũ angelo. Secũda ratio est ppter
difficultatẽ que est occasio maioris conatus & per cõse-
quens meriti. Tertia ratio est ppter tẽporis diuturnita-
tem ex qua homo põt de uirtute ĩ uirtutẽ pficere: & de
bono in melius: cũ diutius sit uiator q̃ angelus. Quarta
ratio est ppter gracie & meriti xp̃i infinitatem: ex qua

nostra merita efficaciã habent:& ideo magis pñt hoĩes uirtute meriti xp̃i qđ est infinitũ transferri in gradũ altioris nature q̃ etiã angelus. Tho.in.ii.sñiaꝝ.dis.ix.& de cõse.di.i.c.duo hymni.dñs Io.de turre cremata.

S Ecũda questiũcula est:Si uirgo maria fuit assũpta sup choros angelorũ.Ad quã uidet' primo respondendũ negatiue.Ratio est:quia super choros & tronos angelorũ nõ est nisi tronus sanctissime triniratis que ẽ ipsa deitas uel deus. Sed in trono illo nõ fuit collocata quia sic fuisset equalis in deitate & gloria triũ psonarũ ergo. Ad hanc questionẽ dicũt aliqui ꝙ uirgo maria iõ dicit' exaltata sup choros angelorũ:quia collocata fuit ĩ primo loco postremi superioris chori seraphinoꝝ unde lucifer cecidit. Sꝫ hoc nõ ualet:qa si sic nõ diceret' exaltata sup choros angeloꝝ sed intra eoꝝ tronos posita: Iõ dicendũ est ꝙ supra oẽs choros assumpta fuerit & collocata.Qđ ꝓbat' ratiõibus:auctoritatibꝰ:& figuris.Prima ratio est scĩ Tho.in opusculis:opusculo.viii.dicẽtis Maria uirgo excessit oẽs angelos in tribus.s.ĩ plenitudine gracie:in dei familiaritate & puritate:ergo eos etiã loco debuit excedere.Itẽ Albertus sup:missus est: idem sic ꝓbat:Plus distat beata uirgo a seraphin in dignitate & gloria:q̃ seraphin a cherubin. Sed ꝓpter excellentiã dignitatis seraphin ordinat' sup cherubin uno ordine: ergo beata uirgo erit sup seraphin ad minus uno ordĩe. Item plus distat dña a seruo q̃ seruus a seruo. Sed seraphin seruus sic se habet ad cherubin seruũ ꝙ uno ordine superat illũ:ergo & regina & domina omnes seruos:

& p consequēs omnes angelorum choros. Itē Io. de blibia Bononiensis quolibeto. xix. sic pbat ppositum: gracia & gloria cōmensurantur: nam scdm mensuram gracie est mensura glorie: sed beata Maria omnē creaturam intellectualem antecedit in gracia: ergo omnibus prefertur in gloria: ei quippe dictum est: Aue gracia plena. Item meritum & premium sibi per equiparantiā correspondent. Meritum autē consistit in charitate: sed ipsa plus q̄ aliquis angelus dilexit deum: ergo zc. Idem habet᷑ de conse. di. iii. c. pnunciandū. & ibi Archidiaconus. Probatur etiā idem auctoritatibus: & primo ecclesie cantātis: Exaltata es sancta dei genitrix sup choros angelorū ad celestia regna. Itē psal. Astitit regina a dextris tuis in uestitu deaurato circūdata uarietate. glo. Astitit. i. super choros angelorum ppinquius stetit. Regina uero a dextris tuis. i. prope deitatē tuā. In uestitu deaurato. i. sapientie ad aduocandū pro hominibus. Circūdata uarietate: meritorum. s. & uirtutū. Item Augustinus: Sed de te o uirgo quid dicam pauper ingenio cū quicquid dixero minus sit laude tua: Si celuȝ te uocem maior es zc. Et concludit: si dominā angelorum uocem p omnia etiā comprobaris. Si ergo domina eorū: ergo super eos. Et hieronymus: Hec est dies preclara ī qua meruit exaltari super choros angeloruȝ: & peruenire ultra q̄ nostre humanitatis nature licitum sit ubi nō substantia tollit᷑ sed glorie magnitudo monstratur. Vbi xp̄s p nobis introiuit pontifex in eternū celi palatiū zc. Probat᷑ tertio figuris: & primo. iii. Regū. ii. Vbi ponit᷑ ꝙ tronus Ber-

sabee matris Salomõis posit⁹est iuxta tronũ regis & se-
dit mater ad dexterã filii. Itẽ. iii. Reg. ii. dixit dñs p arã
pphetã Ieroboã: Te assumã & regnabis sup oĩa que de
siderat aĩa tua: erisq; rex sup isrl. Et sic p3 ueritas huius
qõnis. Ad argumẽtũ aũt i cõtrariũ ẽ dicẽdũ: q nõ ió dr
uirgo maria exaltata sup choros angeloꝝ q̃si fuerit eq-
lis i deitate trib⁹ psonis. S3 qa citra psonas diuĩas nulla
pura creatura plus beata uirgine pticipat dñi grãm glo
riã & premiũ essentiale diuinũ. Clamem⁹ ergo ad eã ge-
mẽtes in hac lachrymaꝝ ualle & flẽtes: dicendo: trahe
nos post te intra choros angeloꝝ & adiuua ut ĩ odorem
unguentorũ tuorũ curramus o uirgo aduocata nostra.

CLausa aspirãte deo optimo maxĩo: prĩceps
ĩuicte: p quãto uirtutis & roboris animi
mei mediocritas tulit: suo fine: kalo demo
nũ. i. bonoꝝ angeloꝝ secũda decade. Nũc
etiã tertio patrocinãte & opitulante Ioue xpianoꝝ: pau-
lo liberius ad tertiã: de Kco demonibus. i. malis angelis
nostra se flectet disputatio. Eritq; uista Aristotele. ii. me
thaphisice. &. ii. posterioꝝ. Primũ de malis angelis: pe-
titionũ caput de ueritate & existẽtia ipsoꝝ. Circa qd sex
questiũcule soluẽt: qꝝ quelib3 ĩfra suo ordĩe declarabit
PRima questiũcula est: Si kco demones. i. malĩ an-
geli scdm rei ueritatẽ repiant: an sit cõmentũ fide-
liũ theologoꝝ & christianorũ. Ad quã primo uidet re-
spondendũ negatiue: quia si essent reperirẽt a deo in li-
bro genesis creati: s3 ibi nulla fit mẽtio de angelis malis

nec bonis: ergo nõ sunt creati: nec ꝑ cõsequens existunt in mũdo nec in inferno aut in aere hoc nostro caliginoso. Item Aristoteles & ꝑypatetici posuerũt nõ esse demones & ea que nos attribuimus demonib⁹ dicebãt ꝓuenire uirtute celestiũ corpoꝝ & aliquarũ rerũ naturaliũ. s. lapidũ & herbarũ. Preterea nos uidemus ꝙ luna scḋm certa augmenta eius uexat hoĩes & lunatici dicunť Mathei. x. & . xvii. Nigromantici etiã obseruãt cõstellationes ad opera eorũ cũ fingũt se inuocare demones: ergo nõ ex demonib⁹ ꝓut diciť: sed ex corpibus celestib⁹ illa ꝓueniũt. R̃ nõ dicendũ ꝙ circa ueritatẽ & existentiã demonũ triplex fuit opinio. Prima Aristotelis & eũ sequẽtiũ ꝑypatheticoꝝ qui nõ posuerũt demones esse: sed ea que attribuere solem⁹ demonib⁹ dicebãt ꝓuenire ex uirtute celestiũ corporũ: planetarũ & quarũdã aliarũ rerũ Vnde Aug⁹. x. de ciuita. dei. dicit Porphyrio egyptiaco ꝑypathetico & nigromãtico: Visum fuit ꝙ q̄busdã herbis: lapidibus aĩantibus sonis ac certis q̄busdã uocibus figuratiõibus ac figmẽtis: q̄busdã etiã obseruatis motibus siderũ in cõuersiõe celi: fabricanť in terra ab hoĩb⁹ potestates siderũ idoneas uariis effectib⁹ exequẽdas. Sʒ hoc apparet manifeste falsũ: dicit Aug⁹ ex hoc q̄a ĩueniũtur alique oꝑatiões demonũ que nullo mõ pñt ꝓcedere ex aliq̃ naturali causa puta ꝙ aliq̄s arreptus a demone loquať liguã ignotã: recitet uersus & auctoritates quas nũq̃ sciuit. Multaqʒ alia ĩueniũť oꝑa demonũ tã in arreꝑticiis q̃ ĩ artib⁹ nigromãticis: puta statuaꝝ locutio: eaꝝ motio que nullo mõ pñt ꝓcedere nisi ex aliquo ĩtellectu

T

Propter qđ quidã alii phĩ coacti sunt ponere demones esse:sed nõ quos nos dicimus: sꝫ esse aĩas hoĩuꝫ ut dixit Plotinus:& adducit Augustinus.ix.de ci.dei.& ex huiusmodi hominũ aĩabus fieri demones lares.i. domestici si fuerũt aĩe boni meriti. Si uero fuerũt aĩe mali meriti fiũt larue.i.turpes & terrifaciẽtes.Si aũt sit incertũ eas bonoꝝ fuisse aut maloꝝ meritoꝝ efficiũt dii manes: quod credẽtes multi aruspicũ occiderũt pueros ut haberent aĩas coꝝ in suis opibus cooperãtes & adiuuãtes. Sed hoc pniciosum dogma Crisostomus sup illud Mathei.v. Demones exibant de monumentis:obtriuit dicens non habet rationẽ:unã uirtutẽ incorporeã posse in aliam transmutari substantiã.s. aĩam in substantiã demonis. Nec etiã rationabile est aĩam a corpe sepatã hic oberrare.Iustoꝝ enĩ aĩe in manu dei sũt:que aũt sũt peccatorũ cõfestim hic abducunt. Fuerũt tertii qui ꝓpter erroneã hãc nũc suppositã opinionẽ posuerũt:ut adducit Augꝰ.viii.de ci.dei: ꝙ omniũ aĩaliũ in quibꝰ est aĩa rationalis tripartita diuisio est: in deos:hoĩes:& demones.Deos autẽ dicebant habere corpa celestia:demones aerea.hoĩes uero terrena. Vñ & Plato sub substãtiis intellectualibus oĩno a corpe sepatis hos tres ordines substantiarũ corporibꝰ unitarũ ponebat. Et hii tertii licet uerũ dixerint ꝙ hoĩes terrena corpa habeant ut experimur & falsũ senserint de aĩatione corpoꝝ celestiũ.Cũ Aristoteles neget corpa celestia esse aĩata ut dicit Boetiꝰ Cogente tñ ueritate uerũ dixerũt ponẽdo demones esse licet nõ sint naturaliter corporis aerei ut ponebãt:& in

sequēti dubio ꝓbabit᷑. hec oīa Tho. in questionibus dis
putatis de demōibus. q. i. Ponit etiā dn̄s Vuilelmus pa-
risiensis in li. de uniuerso. ꝑte. iiii. ꝙ inter kco demones
sunt etiā aliqui delyri q̄si fatui qui exigente hoc in pe-
nam qualitate peccatoꝝ: ex intrinsecis passiōibus uitio
rū. s. ire: odii: sup̄bie: timoris: doloris & huiusmodi que
pn̄t tantū excrescere in spū aliquo ꝙ incipiat furere &
delyrus fieri: Ita ꝙ tā stulte & ridiculose iudicet de reb⁹
sicut unus fatuus hō q circa uirtutē ratiocinatiuā ita ꝑ-
uerti turbari & alienari pōt ꝙ errabit circa secūdā & ter
tiā opationē intellectus. Et similit᷑ pōt accidere ī demo-
nibus & aīabus dānatis. hec ille formaliter. Sꝫ p̄ter hec
que nūc supradicta sūt: cōstare pōt existentia & ueritas
maloꝝ spirituū siue demonū: primo scripturaꝝ & gēti-
liū auctibus. Secūdo inductiōibus. Tertio exēplo. Pri-
mo aucte ueteris testamēti & noui: Nā geñ. iii. dr̄ ꝙ tpe
quo Adā & Eua erāt nudi in ꝑadiso: erat quedā alterius
speciei rōnalis creatuta p̄ter hoīem. Vn̄ dr̄: Sꝫ & serpēs
erat callidior cūctis aīantibus que fecit deus q̄nta & sex
ta diebus. Qui q̄dē serpēs nō ꝓpria natura sꝫ q̄dā intelle
ctuali natura setpēti aduēticia loquebat᷑ dn̄e Eue. Hāc
aūt rōnalē creaturā p̄ter hoīem dicit᷑ diabolū fuisse. Iob
quoqꝫ. c. xx. dr̄: Vadēt & ueniēt sup eū horribiles demo
nes: oēs tenebre abscondite sūt in oculis eius. Et. c. xvii.
dr̄: Hostis meus terribilibus oculis intuitus est: aperue
rūt sup me ora sua & exprobrātes ꝑcusserūt maxillam
meā saciati sunt penis meis. Et Sapie. xi. c. dr̄: Pro eo ꝙ
errantes colebant mutos serpentes & bestias supuacuas

īmisisti in illis multitudinē mutorū aīaliū in uindictā ut scirent quia p que peccat quis:p hec torquet̃. Et Mathei.xxv.dicit̃: Ite maledicti ĩ ignē eternū qui paratus est diabolo & angelis eius. Et Iob.xi.methaphorice formam demonis describēs dicit:Sternutatio eius splēdor ignis & oculi eius ut palpebre diluculi: de ore eius lampades ꝓcedūt sicut tede ignis accēse: de naribus eius ꝓcedit fumus sicut olle succēse atq; feruētis: halitus eius prunas ardere facit:& flāma de eius ore egredit̃:in collo eius morabit̃ & faciē eius ꝓcedet egestas zc. Vide totū capitulū. Refert etiā Aug.li.viii.de ci.dei.ꝙ Apuleius Platonicus scribit in li.de deo Socratis:Socratē demonē quendā habuisse familiarē q sollicitus erat circa ipsu3 ut desisteret ab agendo qñ illud qđ agere uolebat inprospere fuerat euenturū. Itē posuit ꝙ demones sunt medii inter hoīes & deos: ꝓces hoīu3 ad deos deferentes atq; ĩpetrata beneficia hoībus reportātes. Et Plato ĩ thimeo dicit:Inuisibiliū diuinarū potestatū que demones nūcupant̃ ꝓstare rōnē opus maius ē: q̄ ferre ualeat hoīs ingeniū. Et Xenofon li.i.de morte Socratis ad Atheniēses inquit:Eníuero iā bis michi defensionē parāti demoniū aduersat̃. Et Lactātius li.ii.Institutionū.& Aug.li.x.c.24.de ci.dei.multa de eoꝝ existētia scribūt. S3 ꝓter ēt que dicta sūt de scripturaꝝ testīoniis:cē q̄sdā rōnales subas malas & ꝑuersas ꝓter hoīe3:& ĩ hoc mūdo uagari patē & cōstare pōt ex qnq; ĩductīoīb⁹ Prīo ex reuelatīoī b⁹ seu ĩspiratīoīb⁹ occultorū q̄s sepe fieri hoīb⁹ & fcās ēt certissima relatīoē didici⁹ que saluari ñ poterāt ex ordīe & ĩfluxu corꝑaliū cāꝝ supioꝝ & ĩferiorū. Scđo ex rñsis

seu oraculis & aliis miris effectibus qui apparuerūt circa idola quib⁹ demones persuaserūt hoībus se colendos etiā magnis & sapientib⁹ uiris ut Romanis zc. qui etiā effectus rationabiliter reduci nō pñt: aut in causas superiores uel inferiores cursus naturalis. Tertio ex opibus seu effectib⁹ artiū magicarū quarū sunt quidā effectus mirādi qui fiūt mediantib⁹ uerbis nō ex ītrinseca uirtute uerboꝝ aut caracterū: nec ex ꝓpria uirtute intellect⁹ hoīs uerba ꝓferentis ut clare & faciliter ex principiis recte philosophie & liberaliū artiū cōuinci pōt. Relinqt̄ ergo ꝙ fiant tales effectus ex opatione alicuius intellectus uel nature intellectualis ad quā referunt̄ uerba intelligibilia & nigromanticoꝝ: & ad quā formant̄ signa caracteres seu sigilla firmitatis dominii: Quarto ex actibus obsessorū & reuelationib⁹ occultorū. Quinto ex subitis transmutationib⁹ rerū ut uirgarū in serpētes & huiusmodi que fecerūt magi Pharaonis. hec oīa henricus de Assia sup geñ. Tertio idē suadebit̄ exemplo. Retulit eni michi. R. dñs abbas rugius salernitanus: integre uite: magniq; iudicii uir atq; Ferdinandi regis fidelissimus a secretis ambasciator: ꝙ ea tempestate qua Veneti grauissimū bellū duci Ferrarie intulerūt: Cū Alfonsus Aragonius Calabrie dux īuictus tunc esset Mediolani: ibiq; inter illustres uiros de spiritib⁹ sermo haberet̄. In quo cetu tūc forte aderat is abbas: uarieq; de ea re sentirent: asseuerasse ducē ait: Nō uanū esse qđ de illis diceret̄: neq; cōmenticiū. Siquidē cū apud Crotonum Calabrie ciuitatē degeret: & post regias curas aliqđ quereret

laxamēti: nunciatū est mulierē ibi: a spiritib⁹ male mul ctari. Iussit illā ad se duci. Quā alloqui dux cū cepisset ea uelut foret exanimis nichil respondere: nichilq; mo/ ueri. Q̄d ille cū aīaduertisset: loculos (q crepūdia appel lant) in quibus lignū crucis: agnus dei: & cerea quedā crux: a diuo fratre Iohāne de capistrano ordinis minoꝝ sacrata latebant e sinu suo exemit: eiusq; mulieris clam brachio īposuit. Tūc illā uehemēter exclamasse: miris q; modis os atq; oculos distorquere cepisse. Dux uero ī perat fari: quid ita clamitaret: respondit ut id auferret q̄d ei iniecerat: tū duci quid nā esset q̄d auferri iuberet interroganti respondit: hiis loculis quos ipse clandesti ne īposuerat inesse lignū crucis: agnū dei: & cereā crucē ab infestissimo eius hoste sacratā: que cū dux astulisset rursus ea fit exanimis. Hiis cū Venetorū consul supue/ nisset de rebus seriis cū duce locutur⁹: inde ea iussu du cis educit. Mox sequentibus tenebris cū se cubitū dux recepisset: repente oīa obstrepere uisa sūt: ut aliquos ad se dux timore correptus aduocari iusserit: qbus cū pui/ gil usq; ad lucē pnoctauit. Hanc iterū die postero īpe/ rat accersiri: que ducē: ubi eadē que pridie fecerat: mo/ lientē aduertit. Interrogat an nocte p̄terita ptimuerit. Quā cū dux īcrepuisset tāq̄ tartarreū spiritū mortalib⁹ infestū: simulq; sciscitaret an ea fuerit que p cubiculum obstrepuerit somnosq; turbarit. Illa surridens: annuit: Vbi latuisset interroganti: in sūmo inquit conopeo q̄d lecto tuo adiacet: q nisi me sacra que loculis gestas ab/ dita phibuissent: illico te nostris manib⁹ enectū: p̄cipitē

e lecto deturbasse; Quin nostin me captasse quodcuq; uerborũ tibi heri fuerint cũ Venetorũ cõsule. Dux uero tanq̃ id fieri nequaq̃ potuisset: amotis arbitris: fare inquit: Illa non secus ac si interfuisset: rem omnẽ ut erat: ne mutato quidẽ uerbo: ordine edisserit. Admirabũdus dux: tanto post hec firmius credidit malignos spiritus circũferri: quantũ unq̃ antea hesitarat. Nunc ad rationes respondeamus in oppositu; & primo ad primũ dicendũ est q Augustin9 dixit. xi. de ci. dei q angeli cõmuniter nõ sunt pretermissi in illa prima rerũ creatiõe sed significantur nomine celi aut nomine etiam lucis. Ideo autem uel pretermissi sunt: uel nominibus rerum corporaliũ figurati: quia Moyses rudi populo loquebatur qui nõ dum capere poterat incorporeã naturã: & si eis fuisset expressum aliquas res esse sup oẽm naturam corporeã fuisset eis occasio idolatrie ad quã proni erant & a qua Moyses eos precipue reuocare intendebat. Ad secundũ cum reuerẽtia declinamus Aristotelem & ubi contra fidem tenet penitus eu; negamus & dicimus q licet corpus lunare in augmento uel decremento possit fortasse aliqualiter homines uexare: nõ tamen tanta uexatione quanta nos quãdoq; uidemus in arrepticiis: s; illam tam uehementẽ causant demones & id faciũt maxime in augmento uel decremento lune: duplici ratiõe. Primo quidem ad hoc ut creatura dei. s. lunã infamẽt: ut dicit hieronymus & Crisostomus. Secũdo quia cum nõ possint operari nisi mediantibus uirtutibus naturalibus ut declarabit' considerãt ipsi demones i suis ope-

T

ribus actitudines corporũ ad effectus intentos. Manifestum est autẽ ꝙ cerebrum omniũ partiũ corporis humidissimũ est:ut dicit Aristoteles:& ideo maxime subiicitur opationi lune que ex sua ꝓprietate habet mouere humorem. In cerebro autẽ pficiunt uires aiales: & ideo demones scđm certa augmẽta lune pturbãt hoĩs fantasiam qñ cõsiderant cerebrũ ad hoc dispositũ. Ad tertiũ dicendũ ꝙ nigromãtici uere & nõ ficte inuocãt demones in certis cõstellationibꝰ & demones respondẽt & ueniũt pp duo. Primo quidẽ ut hoĩes in hunc errorẽ inducant:ꝙ credãt aliquod numen esse in stellis. Secũdo qa cõsiderãt scđm aliqs certas cõstellatiões naturã corpalẽ magis esse dispositam ad effectus ꝑ qbus aduocãt. Qđ etiã alliciant & aduocent aliqbus herbis:lapidibꝰ zc. ut adducit Augꝰ de mente Porphirii:nõ tñ illiꝰ qui p̃dicabilia edidit. Ad hoc respondet Augꝰ. xxi. de ci. dei ꝙ demones alliciunt huiusmodi:nõ ut aĩalia cibis. s. ut ouis ramo uiridi:sʒ ut spũs signis inquãtũ. s. eis hec exhibẽt ĩ signũ diuini honoris cuiꝰ ipsi sũt cupidissimi. Hec oĩa Tho. ubi supra. & pri. pte. q. cxv. & Henricus sup geñ.

S Ecunda questiũcula est:quid sunt quos nos uocamus demones. Ad quã respondet Augustinus sup geñ. recitatiue de mente platonicorũ:& ponit in decretis in. c. sciendũ. xxvi. q. iii. sic describens angelos malos. Demões sũt genere animalia:natura pulcherrima: animo passiua:corpe aerea:duratiõe eterna. Dicit genere nature & pmti substantie. Natura pulcherrima. Nã quantũ ad substantiã sue nature nõ sunt bonis angelis

turpiores. Animo passiua: passionibus scdm platonicos appetitus sensualitatis concupiscibilis. s. & irascibilis. Corpore aerea: inquãtũ sũt creati de materia subtiliori: ut dicit glo. decreti ubi supra ut intelligãt subtilius & uelocius intelligere q̃ hoies. Duratiõe eterna dei. s. gracia & nõ natura. Item Aug9 de ci. dei sic eos etiã describit: Demones sunt spũs nocendi cupidissimi: a iusticia penitus alieni: supbia tumidi: iuidia liuidi: fallacia callidi: qui in hoc quidẽ aere habitant: quia de sublimitate celi supioris eiecti merito irregressibiliter in sibi congruo uelut carcere damnati sunt. Et dicunt mali angeli diaboli: a dia qđ est duo: & bolus qđ est morsellus: quasi duos morsellos cupiẽtes: animarũ & corporũ: ut dicit in glo. ordinaria in. c. firmiter. de sũma trinitate. Dicit etiã diabolus hebraice quasi deorsum fluens. Grece dicit criminator. Latine angelus malus: ut dicit Isidorus viii. ethimo. Dicit etiam sathanas quasi aduersarius. & demon quasi peritus rerum. hec ex supra dictis.

TErtia questiũcula est: Si casus & lapsus angelorũ a mũdi prĩcipio ut dicũt christiani fuit possibilis. Ad quã sic respondet ꝙ quidã heretici & phi ĩpugnare solent doctrinã christianã in hoc puncto de casu angelorũ dicentes: ꝙ lapsus originalis a principio mũdi angelorũ in essentialibus & accidentalib9 pfectorũ nõ fuerit possibilis. Nã dicunt primo: ꝙ ipsi angeli a principio habuerũt de deo & de habitudĩe legitima oĩs creature ad deũ clarissimã cognitionẽ citra ultimã beatificam: scientes indubie deũ plus se diligendũ esse: & sibi

soli obediendū:regraciandū & cultū latrie exhibendū: ergo malū culpe in eis esse nō potuit. Item secundo arguunt sic:Nulla existente in angelis causa auersionis a rectitudine status primarii nullus in eis potuit accidere lapsus aut peccatū: sed nichil dubietatis aut obscuritatis uel difficultatis ī hiis que agere:que ōmittere:que habere debuerūt potuit in tanta felicitate eis accidere: nec aliquid erroris in uniuersali:aut in particulari:uel aliquod īpedimentū uel retractiuū qđ angelos a recta & debita habitudīe ad suū creatorē educeret: ibi potuit esse. Q uimo totū quod intus & extra angelos erat:inclinabat & īpellebat rationalē angelorꝫ appetitū erga deū ergo peccare nō potuerūt. Item tertio sic: Voluntas cū sit potentia de se mota oportet necessario oēm actū electum eius esse conformē alicui iudicio rōnis:Igit̄ ubi ratio uel intellectuale iudiciuꝫ semꝑ est inobliquabile sicut in angelis erat:ibi potētia uolitiua obliquari & peccare nō poterat:ergo. Item quarto sic: Si lucifer peccauit:oportuit actum quo primo peccauit esse libera uoluntatis electionē:ideo illud fuit conforme alicui iudicio rationis:quod si fuit rectū nō peccauit: quia nō pōt arbor bona malos fructus facere. Si uero erroneū:tunc error intellectus precessit culpam uolūtatis: qđ omnes refugiūt admittere. Item quinto sic:dicit beatus Aug⁹ xi.de ciui.dei.c.xii.Omnes angeli ab initio fuerūt eq̄lis felicitatis: & ita steterūt: donec isti qui nūc mali sūt caderēt:igit̄ erant equales in uirtutibus:igit̄ si unus habuit pseuerantiaꝫ:ergo & omnes: quia alias nō fuissent

equaliter felices. Item sexto: Voluntas nichil potest at-
tingere nec exequi sine ratiōis aminiculo & directorio.
Ratio autē nō consentit malo: īmo semp recalcitrando
malo remurmurat: dicente phō. i. ethicorꝝ. ꝙ ratio semp
ad optima deprecatur: quomodo ergo peccare potuerūt
& tam mali fieri: quomodo angeli tam pfecte atq; nobi
lis rationalis nature tanteq; uirtutis: sapientie & sciētie
ab initio felices & beati appellati: cadere & labi potue-
runt: ergo. Sed contra Iob. iiii. dicit: In angelis suis re-
perit prauitatem. Ad hanc dubietationē respondendo
quatuor primo notanda sunt: deinde argumētis respon
debitur. Primū notabile est ꝙ tam angelus q̄ quecūqꝫ
creatura rationalis si in sola natura cōsideret potest pec
care: & si alicui creature conuenit ut peccare nō possit:
hoc habet ex dono gracie: nō ex conditione nature. Cu
ius ratio est: quia peccare nichil est aliud q̄ declinare a
rectitudine actus quē debet habere: siue deficere i agen
do: siue accipiat peccatū in naturalibus siue in artificia
lis siue in moralibus: solū autē illū actum a rectitudine
declinare nō cōtingit. cuius regula est ipsa uirtus agē-
tis. Si enim manus artificis esset ipsa regula incisionis:
nunq̄ posset artifex nisi recte lignum incidere: sed si re-
ctitudo incisionis sit ab alia regula: contingit incisionē
esse rectam & nō rectam. diuina autē uoluntas sola est
regula sui actus: quia ad superiorem finem nō ordina-
tur. Omnis autē uoluntas cuiuslibet creature rectitudi
nem in suo actu nō habet nisi scđm ꝙ regulat a uolūta-
te diuina ad quā pertinet ultimus finis: sicut quelibet

T

uoluntas inferioris debet regulari scd̄m uoluntatem su
perioris: ut uoluntas militis scd̄m uoluntatē ducis exer
citus. sic igit̄ in sola uoluntate diuina peccatum esse nō
potest: in qualibet autem uoluntate creature potest pec
catum esse scd̄m conditionem nature sue. Tho. pri. pte
q. lxiii. arti. i. in corpore. Secundum notabile est: Nō
est nec esse potest aliqua intellectualis creatura dei ca-
pax cōtradictorie libera simpliciter impeccabilis. i. que
nullo modo possit peccare: patet faciliter: quia deus oī
tali potest obligatorie precipere aliquid quod ī eius po
testate implere esset: uel nō implere stante obligatione
ad contrariū: quia nulla creatura rationalis esse potest
de cuius ratione essentiali sit esse beatū: ergo omnis ta-
lis potest in statu uie poni & dimitti suo libero arbitrio
sub cōmuni influentia: ergo omnis talis potest peccare

Tertiū notabile est ꝙ non potest esse aliqua creatura
rationalis essentialiter seu naturaliter mala uel pu̱ersa:
qd̄ ꝓbat̄ sic: Sit. A. talis creatura rationalis que essentia
liter sit mala: tunc quero si. A. sit apta nata agere uel se
habere cōformiter cōditiōi sue nature uel nō. Si primū
tūc bene & recte se habere pōt: & p̱ cōsequēs nō ē essen-
tiale pu̱ersum esse. Si uero dicat̄ ꝙ semp̱ agit & appetit
difformiter rōni & cōditiōi nature sue: sequit̄ ꝙ uiolen-
ter se habeat: & si sic tūc pōt se naturaliter habere. i. con
formiter cōditioni nature sue: & ita pōt iterum bene &
recte se habere: & male & pu̱erse. Ex quibus duobus. s.
secundo & tertio notabilibus sequit̄ ꝙ omnis natura ra
tionalis cōtingenter & p̱ accidēs. i. ex ꝓpria potestate &

libero arbitrio male facta est. Nā ut dictū est: nulla na-
turaliter est mala. hec Henricus de Assia sup genesim.
Quartū notabile est q malū culpe siue peccatū mor-
tale in actu liberi arbitrii conuenit esse dupliciter. Vno
modo ex hoc q aliqd malū eligit sicut homo peccat eli
gendo adulteriū: qd scdm se est malū: & tale peccatum
nō ē: ſʒ ꝑcognitio ex neceſſariis cauſis ut frequēter agēti
bus. Scđo mō futura pñt cognoſci dei reuelatiōe: & hoc
ēt mō futuroꝝ ꝑcognitio nō ē diuīatio. Vnde ſi qs futu
ra cōtingētia deo reuelāte ꝓnūciat: ipſe tūc nō diuīat. i.
qđ diuinū ē nō facit: ſʒ magis qđ diuinū ē ſuſcipit. Ter
tio mō pñt cognoſci futura demōis indicatiōe: & reſpe-
ctu hoꝝ ē diuinatio. Nā ut dicit Aug⁹ in li. de doctrina
xpiana diuīatio ē uſurpatio ꝑcognoſcēdi futura ex q̄dā
peſtifera ſocietate hoīuʒ & demonū: & hoc tertio mō uti
diuīatōe illicitū ē & ſemꝑ pctm̄ mortale. Qđ ꝓbať aucti
bus & rōnib⁹. Primo aucte Deutero. xviii. dicēte. Nō ſit
q phitones cōſulat neqꝫ diuīos. Phitones autē a phiton
apolline dicti ſūt q dicebať eſſe auctor diuinādi ut dicit
Iſidor⁹. Propterea. xxvi. q. v. dr̄: Qui diuīatiōes expetūt
ſub regula quinquēnii iaceāt ſcđm gradus pnīe diffini
tos. Scđo ꝓbať idē q̄tuor rōnibus. Primo rōne modi ſic:
Ille q uſurpat mō īdebito qđ dei ē: deo nō reuelāte mor
taliť peccat. ſʒ diuini hoc faciūt: dīnitate ſe plenos ſimu
lātes: ſʒ aſtutia q̄dā fraudulētie hoīb⁹ futura cōiectātes:
ergo. Scđo rōne auxilii ſic: Si qs aſſumit auxiliū demo-
nū ad aliqd cognoſcēdū uel faciēdū grauiť peccat: ſʒ oīs
diuinatio ex opatione demonū ꝓuenit: uel qa expſſe de
mones īuocanť ad futura manifeſtanda: uel qa demōes
ſe īgerūt uanis īqſitiōibus futuroꝝ ut mētes hoīuʒ īpli-
cēt uanitate: ergo. Tertio rōne pacti ſic: Si qs utiť pacto

tacito uel expresso cũ demonib⁹ grauiter.i.mortalit̃ pec
cat. Sꝫ diuinatio ẽ huiusmodi: qa diuĩatores uel offerũt
sacrificiũ demoni uel assumunt auxiliũ demonũ: ergo.
Qđ si arguat̃ cõtra sic: Nõ ẽ illicitũ neqꝫ mortale qđ xp̃s
egit & fecit. Sꝫ ipse interrogauit demonẽ qđ sibi nomẽ
esset: q respõdit Legio: & multi sum⁹ ut hr̃ Marci ultio:
ergo licite quisqꝫ põt cõsulere demones. Ad hoc respon
det Tho. scđa.ii.q.xcv.ar.i.dicẽs: ꝙ aliud ẽ querere ali/
qd a demone: & aliud ẽ inuocare demonẽ. Primũ eni.s.
querere aliqd a demõe spõte occurrẽte qñqꝫ licet pp uti/
litatẽ ꝓpriã uel alioꝝ maxĩe quãdo uirtute diuĩa põt cõ
pelli ad dicendũ uera: sicut pꝫ de xp̃o ubi supra: & ĩ bea
to Martino & aliis scĩs. Scđm uero.s.ĩuocare demonem
ad cognitionẽ occultoꝝ acqrẽdã ab ipso nũq̃ licet. unde
nũq̃ licet pp aliquã corpalẽ uel tpalẽ utilitatẽ puta ĩuẽ/
tionẽ rerũ pditaꝝ que diabol⁹ scit & nouit quis inuenit
ab eodẽ exqrere: uel ei⁹ auxilio in huiusmodi uti. Cuius
rõ est: qa nulla utilitas tpalis põt cõpari detrimẽto spi/
ritualis salutis qđ ĩminet ex inqsitiõe occultoꝝ p ĩuoca
tionẽ demonũ. hec Tho. ubi supra. & Io. de tur. cre. 26.
q. v. c. nec mirũ. & Ranerius titulo de diuinatione.

SEcũda questiũcula ẽ: Quot sũt genera & spẽs diui
nationũ qbus ĩuocãt̃ demões? Ad quã respõdet̃: ꝙ
triplex ẽ genus uel modus diuĩatiõis ĩ generali. Primũ
qđ fit p expressã uel manifestã ĩuocationẽ demonũ. Se/
cũdũ ẽ qđ fit absqꝫ expressa ĩuocatiõe demonũ p solã cõ
siderationẽ dispositiõis uel motus alicui⁹ rei. Tertiũ est
absqꝫ exp̃ssa ĩuocatione demonũ p ꝓpriã opationẽ.s. dũ
aliqd facimus ut nobis aliqd occultũ reuelet̃ & manife

stet. Primũ genus diuiatõis ptinet ad necromãticos qđ genus sub se continet qnq3 spẽs siue modos. Prima spẽs uocat pstigiũ quo opatiõe demonũ fantasia & oculi ho minũ ludificãt & illudunt ut nõ uideãt qđ uerũ ẽ: s3 cre dãt qđ nõ est uerũ: ut factũ fuit i muliere que ab oibus uidebat equa: & a scõ Machario uidebat femina pstigio uirtute ei9 scitatis soluto ut dictũ supra ẽ. Scđa spẽs uo/ cat diuiatio p sõnia puta cum i uigilia expsse ad hoc de mones iuocãt & cũ eis i uigilia expssa uel manifesta pa cta habẽt & sic i sõnis postea ex reuelatiõe demonũ cau sat i hoibus pcognitio aliquoꝝ futuroꝝ euẽtuũ. Tertia spẽs uocat necromãtia: q̃ qbusdã pcatiõib9 adhibito san guie uident resuscitati mortui & diuiare & ad iterroga/ ta respõdere. & dr necromãtia a necros grece: latine mor tuus. & mãtia. i. diuiatio ut p3 i illis q diuinãt cũ liguis asini mortui. Quarta spẽs uocat diuiatio p phitone3. i. uentriloquũ: ul phitonissã. i. uentriloquã q̃ futura pnũ ciãt p hoies uiuos sic in arrepticiis patet &. p. Reg. 18. de Samuele. Quita species fit p aliq̃s figuras ul signa que in reb9 inaiatis apparent que figure uel signa si ap/ parent i aliquo corpe terrestri puta in terra: in aq̃: i igne uel in ferro: aut lapide polito. Si in terra dr geomãtia. a geos grece: latine terra: & mãtia qđ est diuiatio ut p3 in illis q faciunt diuinatiões cũ linguis aut mẽbris hoiu3 suspensoꝝ. Si i aere dr aeremãtia ut p3 in illis q ãnotãt bestias ut nõ comedant a lupis. uel qñ ex magno uento diuinãt pdimẽtũ. Si aũt i aq̃ uocat ydromãtia. ab ydor grece: latine aq̃: & mãtia qđ est diuiatio: ut p3 in illis q diuinãt furta cũ fiala uitrea aqua plena uel cũ urinali.

Si āt ī igne uocat̃ piromātia. a pir grece: latine ignis: & mātia: ut p3 ī illis q diuināt p lignū uiride scintillās in igne. uel ī illr̃ q nolūt p̄stare ignē uicinis aliqbus diebus ebdomade: mēsis uel āni. Si aūt ī uiscerib⁹ aut fibris uel ītestinis aīaliū īmolato℞ in aris demonū: uocat̃ auruspiciū: & exercētes talia uocāt̃ aruspices uel arioli Si āt pitia mulie℞ fiāt alique ligature ī dānū alicui⁹ uł cōmodū ut ī crista galli: & rana uel imagīe cere uocat̃ maleficiū. Scd̃m genus diuīatiōis cōtinet duas spēs uł modos. Prima spēs ē p solā cōsideratioē dispōnis situs & motus siderū. & hic modus ptinet ad astrologos q si utāt̃ cōsideratōe astro℞ ad p̄cognoscēdū futura & nataliū cōditōes ex celestib⁹ corpib⁹ nāliter: diuinatio eo℞ nō erit illicita nec supstitiosa. Si uero utāt̃ cōsideratiōe astro℞ ad p̄cognoscendū futuros casuales uel fortuitos euētus: aut ēt ad cognoscendū p certitudinē opa hoīu3: qd̃ ex uana & & falsa opiniōe p̄cedit: erit diuīatio eo℞ sic illicita: quia tūc opatio demōis se īgerit: & īmiscet ut mētes hoīu3 īplicet uanitati & falsitati ut dicit Tho. ii. ii. q. 95. arti. 5. Scd̃us mod⁹ uel spēs diuīatiōis ē p cōsiderationē motus uel uocū auiū uel quorūcūq3 aīaliū siue p sternutatiōes hoīu3 & talis uocat̃ auguriū: qd̃ dr̃ a garritu auiū sic auspiciū ab inspectiōe auiū: quo℞ primū ptinet ad aures. scd̃m ad oculos auspiciū fuit ī Romulo & remulo quorū alter Romul⁹ cōditā ciuitatē romā uocauit noīe suo: eo ꝙ uictor ipse duodecī. Remus sex uultures uiderat. Garrit⁹ uero fuit ī uetula que primo die may audiēs qn quies cātare ī mane cuculū: credidit se iuuenē pulchrū ducturū ī uirū. Tertiū gen⁹ diuīatiōis ē qd̃ fit ex cōside

ratione cor̄ que eueniũt ex qbusdã que ab hoib⁹ seriose
fiũt ad aliqd occultũ inqrẽdũ dũ facim⁹ aliqd ut nobis
aliqd occultũ manifestet̃. & hoc gen⁹ uocat̃ diuinatio p
sortes: & cõtinet sub se tres spẽs. Pria spẽs uocat̃ ciromã
tia. i. diuĩatio man⁹. Nã ex liniamẽtis man⁹ cõsideratis
fit diuĩatio de occultis futuris. Scd̃a spẽs uocat̃ spatula
mãtia: ex qbusdã figuris ĩ spatulis alicui⁹ aĩalis apparẽ-
tib⁹. Tertia spẽs uocat̃ geomãtia que fit ad aliqd occul/
tũ inqrendũ p ptractionẽ pũctor̄ uel p cõsiderationẽ fi
gurar̄ que pueniũt ex plũbo liquefacto ĩ aq̃ piecto seu
ex qbusdã cedulis scriptis uel nõ scriptis ĩ occulto repo
sitis dũ cõsiderat̃ qs quã cedulã accipiat: uel ẽt ex taxil-
lor̄ piectiõe qs plura pũcta piciat. uel ẽt dũ considerat̃
qd apienti librũ occurrat que oĩa sortiũ nomẽ hñt & su
pstitiosa sũt & illicita: qa cõsortio demonũ exercent̃. ex
To. ubi supra. & ex Ranerio de pisis ordinis p̃dicator̄.

TErtia. q. est: Si sit licitũ uti reb⁹ naturalib⁹ ad sani-
tatẽ corpis acqrẽdã. Rñdet̃ q̄ si res nãles adhibeãt̃
ad aliquos effect⁹ ad quos putãt̃ uirtutẽ naturalẽ hr̃e nõ
est supstitiosũ neq; illicitũ. Si uero adiũgãt̃ quedã alia
puta signa aliq̃ uel caracteres uel noĩa uel quecũq; alie
obseruatiões que manifestũ ẽ naturalẽ efficaciã nõ hr̃e
erit supstitiosum & illicitũ. Tho. ubi supra. arti. ii.

QVarta. q. est: Si figure uel signa uel caracteres pñt
rebus nãlib⁹ adhiberi ad effect⁹ aliquos inducẽdos
Rñdet̃ negatiue. Cuius rõ est: quia cum tales caracte-
res: figure uel signa ad nichil naturaliter operent̃ eo q̄
figura nõ est alicuius naturalis actionis principium ta
les figure uel imagines ex operatiõe demonũ effectum

hñt unde semp est illicitũ eas facere:qa in talib⁹ habent pacta expressa uel tacita cũ demonib⁹:iõ·xxvi·q·ii·c·il los·huiusmodi reprobãt·& Tho·ubi supra·ĩ sol·ii.arg.

Q Vinta questiũcula est: An ad p̃cognoscéda aliq̃ fu tura fortunia uel infortunia sicut infirmitates uel sanitates uel huiusmodi ut medici faciũt sit licitu3 aliq̃ signa obseruare: Rñdet q si quis presagiũ futuro⁊ con sideret ex causa que p signa expressa apparẽt nõ erit illi citũ:ut uerbi gracia:sicut si seruus timeat flagella uidẽs irã dñi·& similiter etiã esse posset si quis timeret nocu mentũ alicui puero ex oculo fascinãte·A simili cause in firmitatũ ex qbusdã signis cognoscunt·Et ideo medici talia signa licita seruãt ex qb⁹ de sanitate uł infirmitate morte uel uita pñt licite iudicare· Tho.ii·ii·q·61·ar·3·

S Exta questiũcula ẽ:Si obseruare tpa ad aliqd faciẽ dũ sit licitũ: Rñdet p duos doctores·Prim⁹ est dñs Petr⁹ de taran· postea papa Innocẽtius qntus·4·scripto sñia⁊ di·33·arti·4·dicẽs:q obseruãtia tẽpo⁊ est triplex· Quedã ẽ supstitiõis uel ĩpietatis ut ĩ illis q obseruãt tẽ pus eo⁊ q subsũt libero arbitrio & inchoãt actiões sub tali signo celi:& huiusmõi rep̃hẽdũt isaie·47·Stẽt & ad iuuẽt te augures q cõputabãt ãnos & supputabãt men ses·Quedã ẽ sagacitatis & ꝓuisiõis ĩ illis que obseruant q̃litatẽ tpis ad rerũ habũdantiã cõsequẽdã & ĩdigentiã excludẽdã·& hoc nec r̃p̃hẽdit nec laudat·ecc̃i·33·Quare dies diẽ supat & ãn⁹ ãnũ· Quedã obseruãtia tẽpo⁊ ẽ pie tatis & deuotõis ĩ bõis xp̃ianis q festa obseruãt ĩ qb⁹ iudi cãt magis eẽ uacãdũ deo q̃ ĩ aliis dieb⁹ pp bñficia spãlit

dic illo uel festo exhibita. Aplūs ad Ro. xiiii. Alius iudicat inter diē & diē. Secūdus doctor est dn̄s Alexādér de Ales. ii. pte sūme. q. lii. arti. vi. dicēs: q̄ quedā occur/rūt cursu naturali & quedā cursu uolūtario. Primo ergo obseruare tēpus ad faciendū aliqd qd̄ causat̄ ex naturali cōplexione elementoꝝ & tpis nō est peccatū. Vnde & medici circa egritudines sanādas: & circa medicinas dandas cōsiderāt motus corpoꝝ supiorū: qd̄ q nō faciūt aut motus celestiū ignorāt corpoꝝ: aromatarii nō medici censendi sūt. obseruare uero tēpus in hiis que libero arbitrio subdunt̄ est peccatū. Vn̄ sup illo uerbo apl̄i ad gala. iiii. Dies obseruatis & menses & tpa & annos. glo. inculpat eos qui cōstellatiōes sequūt̄ dicētes: Agam hoc mense cōmertiū: quia illa stella agit mensē. Nō plantabo hoc anno uineā qa bisextus est. Hec ex adductis.

S Eptima questiūcula est: An īuestigare de reb⁹ furtim subtractis p inspectionē astrolabii & p iudiciū astrorū sit peccatū. Respondet̄ q̄ īuestigare quedā que ꝓprie sequūt̄ īmutationē astrorum: ut puta de calore & frigore imbri & siccitate nō est pctm̄. Iudicare uero de hiis que subsūt libero arbitrio que nō sūt subiecta legi astroꝝ est graue peccatū qa in talib⁹ interuenit īuocatio demonū. Hec Alexan. ii. pte. sūme. q. lii. arti. vi. q. iiii.

O Ctaua questiūcula est: An sit licitū in collectiōib⁹ herbaꝝ uel ꝓ quauis infirmitate dicere aliqua carmina uel aliquas scripturas sup hoīes uel aīalia ponere preter symbolū & orationē dn̄icā. Respondet̄ q̄ nō licꝫ sup hoīes uel aīalia aliqua ponere p̄ter symbolū & ora/

tionē dn̄icā. Si uero aliqua supstitiosa addāt᷑ graue pec/
catū est. Vnde in decretis dr̄. xxvi. q. v. Nō liceat xp̄ia/
nis zc̄. Nec in collectiōib⁹ herbarū que medicinales sūt
aliquas obseruatiōes aut incantatiōes attēdere: nisi tm̄
cū symbolo aut dn̄ica oratiōe ut tm̄ creator oīuꝫ. s. deus
honoret᷑. Secūdo hoc idem ꝓbat᷑ p hoc qđ dicit᷑ extra de
sortilegiis ex tuarū tenore. Vbi dicit᷑ ꝙ quidā presbyter
cū quodā ad priuatū locū accessit nō ea intentiōe ut de
moniū īuocaret: sꝫ ut inspectōe astrolabii furtū cuiusdā
ecclesie posset recupare: qđ licet ex bono zelo & simpli/
citate facere ꝓponeret tn̄ grauissimū fuit eius peccatū.
Hec Tho. scđa scđe. q. xcvi. arti. iiii. & Alexander secū/
da pte sūme. q. lii. arti. vi.

N Ona questiūcula est: An suspendere diuina uerba
ad collū sit licitū? Rn̄det᷑ ꝙ nō: duplici rōne. Pri/
ma est: qa cū euangeliū quotidie in ecclesia legat᷑ & au/
diat᷑. Si uerba dei nō ꝓsūt ī aure quō circa colla posita
pn̄t saluare. Secūda rō est: qa uirt⁹ euāgelii est ī ītellectu
& nō ī figuris: ergo meli⁹ in corde posita ꝓsūt q̄ circa col
lū suspēsa. Vbi nota ꝙ in oīb⁹ scripturis suspēsis tria sūt
cauēda & attēdēda. Primū est qd sit qđ scribit᷑ uel ꝓfert᷑
qa si est aliqd ad īuocationē demonū ptinēs manifeste
supstitiosū & illicitū ē. Scđo cauēdū est si cōtineat igno
ta noīa ne sub illis aliqd illicituꝫ lateat. Vn̄ dicit Criso.
sup Marh. ꝙ phariseoꝝ magnificantiū fimbrias exēplo
nūc multi aliqua noīa hebraica cōfingunt & scribūt &
allegāt: que nō ītelligentib⁹ metuēda uident᷑. Tertio ui
dendū est & cauendū ne aliqd falsitatis cōtineat: qa sic

ei⁹ effectus nō posset expectari a deo q nō est testis falsi-
tatis. Quarto ēt ē cauendū ne cū uerbis sacris cōtinean
tur aliqua uana puta aliqui caracteres p̄ter signū cru-
cis. Hec. b. Tho. scd̄a scd̄e. q. xcvi. arti. iiii.

D Ecima questiūcula est: An reliquias scōꝝ portare
& q̄litercūq; tenere sit licitū. Rn̄det᷑ ꝙ eadē rō ē de
reliquiis scōꝝ & de euāgelio uel de uerbis diuinis: qa si
talia portent᷑ ex fiducia dei & scōꝝ quorū sunt reliquie
nō ē illicitū. Si autē circa hoc attēderet᷑ aliqd aliud ua-
num puta ꝙ uas esset triangulare aut aliqd huiusmodi
qd̄ ptineret ad dei irreuerentiā & scōꝝ: supstitiosu; ē &
illicitū: ut dicit Tho. ubi supra īmediate ī solu. iii. arg.

V Ndecima questiuncula est: An serpentes incanta-
re uel aīalia īcantatiōib⁹ sanare sit licitū? Rn̄det᷑ ꝙ
si ī īcantatiōib⁹ serpētū uel quorūcunq; aīaliū respectus
habeat᷑ solu; ad uerba sacra & ad uirtutē diuinā nō erit
illicitū. S; plerūq; incantatiōes tales hn̄t illicitas obser-
uātias: & p demones sortiunt᷑ effectum & p̄cipue in ser-
pentibus: qa serpens fuit primum demonis instrumen
tū ad hoīem decipiēdū. hec Tho. ubi supra ī sol᷑. ii. arg.

D Vodecima questiūcula ē: An iudiciū ferri cādētis
uel aque bullientis ordinare ad alicui⁹ pctī occulti
inqsitionē sit licitū? Rn̄det᷑ ꝙ nō: & hoc triplici rōe. Pri
ma ē: qa ordinat᷑ ad indicādū occulta que diuīo iudicio
reseruāt᷑. Scd̄a rō ē: qa ī talib⁹ miraculū expectat᷑: qd̄ di-
uina tēptatiōe nō caret. Tertia rō ē: qa iure canonico re
probat᷑. Vnde. ii. q. v. cōsuluistis: ī decreto Stephani pa
pe dicit᷑: Ferri cādētis uel aque feruētis examinatiōe cō
fessionē extorqueri a quolibet: sacri nō censent canones

& quod sanctoꝝ patrū documēto sancitū nō est supsti-
tiosa adinuentiōe nō est presumēdū. Spontanea eni cō-
fessione uel testiū approbatiōe publicata delicta habi-
to pre oculis dei timore cōcessa sūt nostro regimini iu-
dicare. Occulta uero & incognita illi sūt relinquēda q
solus nouit corda filioꝝ hoīuꝫ & eisdē ratiōib⁹ uidet̄ esse
ꝓhibitū iudiciū duelloꝝ: ut dicit Tho. ii. ii. q. xcv. ar. 8.

TErtiadecima questiūrula est: Si ꝑ acquisitiōe scien
tiarū licitū sit uti obseruātiis artis notorie. Respō
det̄ ꝙ quatuor sūt uie ꝑueniendi apparēter uł existēter
ad singularū scientiaꝝ excessum. Quarū prima est ꝑ il-
luminationē diuinā: Luce. xi. Ego dabo uobis os & sciē
tiam & sapientiā. Et. i. ad Cor. xii. Alii quidē dat̄ sermo
sapiētie ꝛc. & subdit̄ ibidē i fine. Hec aūt oīa opat̄ unus
& idē spūs diuidens singulis ꝓut uult. Secūda uia est ꝑ
regularē eruditionē humanā. s. uel a seipso iueniēdo uł
ab alio addiscēdo. Tertia uia est ꝑ singularem demonis
assistentiā & influentiā qua quosdā mirabiliter inspira
re solet. Quarta uia est ꝑ artē supstitiosam notoriā a de
monibus insidiose confectā & hanc praticare illicitū ē.
Probat̄ tum primo quia ars notoria utit̄ quibusdā que
scdm se nō hn̄t uirtutē causandi scientiā sicut inspectio
nes quarūdam figuraꝝ & quorundā signoꝝ & uerborū
qbus. s. signis & uerbis nō utit̄ ars notoria ut causis: sed
ut signis nō ut diuinitus institutis: sicut sūt signa sacra
mentalia: sed ut signis ꝑtinentib⁹ ad pacta quedā cū de
monibus habita utit̄ etiā ars notoria qbusdā singulari-
bus obseruātiis & carminib⁹ & orōnib⁹ ignotis ex pacto

etiã demonũ cõstitutis. Itẽ acqrere cognitionẽ futuroꝝ auxilio demonũ est pctm̃ pp societatẽ cũ eis initã qđ in ppposito artis notorie locũ hẽt. Et dr̃ hec ars notoria q̃si p eã oĩa fiant nota. Hac aũt arte notoria permittẽte deo diabolus qñqꝫ facere cõsueuit quosdã in scientiis oĩbus uel aliqbus singulariter p̃cellẽtes uel apparẽtes atqꝫ oĩbus uel aliqbus humano mõ doctis stupẽdos. Sꝫ ad qd hoc nisi ut finaliter tales ex supbia pereãt & alios uariis psuadẽdi modis eoꝝ falsa auctoritate in fama & gloria calorẽ habẽtibus ad interitũ dãnatiõis pducãt. hec Hẽricus de Assia & Tho. ubi supra. Talibus igit̃ sortilegis & diuinis taxant̃ pene scđm leges & aliter scđm canones. Nã scđm leges sortilegi & diuini debẽt decapitari & cõburi. C. de malefi. nullus zc. & .l. nemo. & .l. culpa. Scđm uero canones si crimẽ est occultũ ĩponit̃ pnĩa q̃draginta dierũ: ut extra. eo. c. i. Si aũt pctm̃ est notoriũ debet ei cõmunio denegari. de cõse. di. ii. p dilectiõe. Si fuerit clericus deponat̃. Si fuerit laicus & noluerit ferre penã excõmunicet̃: & hoc si criminaliter accuset̃. De laicis aũt dicendũ est si sũt serui uerberib⁹ castigent̃. Si liberi incarcerent̃. xxvi. q. v. cõtra idoloꝝ. Epĩ aũt tales de sua parrochia debẽt piicere & pñt turpiter decaluare .i. eoꝝ uestes ante & retro & capillos scindere: infames etiã sũt censendi. Hec Io. theotonicus p̃dicatoꝝ ordinis in sũ. cõfessoꝝ li. i. ti. xi. Et Alexã. ii. pte. sũ. q. lii. arti. v.

Q Vartadecima questiũcula est: Si p̃stigiis & diuinationibus demonũ cũ sic euenit sit credẽdũ. Rñdet̃ ꝙ nõ: ratio est: qa demõis intẽtio est ad fallendũ: sꝫ hoc

maxime faciũt in diuinationib⁹ dicũt enĩ qñq3 uera ut assuescãt hoĩes in aliis credere eis in qb⁹ postea decipiãt Itẽ solus deus scire põt futura uel ille q ab ipso accipit tanq̃ a speculo eterno: queẽadmodũ est de angelis & scĩs pphetis. S3 p hanc uiã nõ accipiũt demones: ergo. Et licet demones ppter magnã experiẽtiã quã hñt multa cognoscant naturalib⁹ signis & magna sit pprietas intellectus eoꝝ: nõ ppter hoc tñ sequit̃ q de certitudine futurorũ euentuũ sit eis fides exhibẽda: cũ futurorũ cognitionẽ nõ habeãt nisi cõiecturalẽ & fallibilẽ. Queẽadmodũ igit̃ hoĩbus qbus p̃sumit̃ q falsa semp dicere cõsueuerũt nõ est prestanda fides: ita & demonib⁹ ppter eoꝝ uolũtatẽ cõtinue decipiẽdi & obscuritatẽ intellectus eorum ex culpa nõ est danda eis fides. Io. de turre crema. xxvi. q. v. c. nec mirum.

Q Vintadecima questiũcula est: Si sit licitũ uti iudicio sortiũ ad acq̃rendũ & sciẽdũ aliquẽ euentũ occultũ puta de electiõe p̃latoꝝ & manifestatõe pctõꝝ occultorũ: & adeptiõe dignitatũ tẽporaliũ. Rñdet̃ & primo de electiõe p̃latoꝝ dicẽdo q nõ sit licitũ uti sorte diuisoria. Q đ pbat̃ duplici rõne. Prima ẽ: qa tales electiones spũs sancti iuocatiõe & inspiratiõe fieri debẽt & nõ euentu sortiũ. Secũda est: qa in usu sortiũ põt esse aĩaꝝ periculũ ppter maliciã hoĩu3: ergo ne fraudes cõmittãtur in electiõib⁹ p̃latoꝝ: nõ sorte s3 spũs sancti iuocatiõe & inspiratiõe & uocũ electiõe fieri debẽt. Sed cõtra: ea que a sanctis facta in scripturis iueniunt̃ nõ uident̃ esse illicita. S3 tã in ueteri q̃ i nouo testamento sci iueniunt̃ sortib⁹ usi esse qđ p3: Legit̃ enĩ pri. R. xiiii. q Saul sorte

T

dephendit filiũ suũ Ionathã mel cõmedisse. Et Ione pri
mo: ꝙ Ionas sorte in mare eiect⁹ est. Et Luce. i. etiã legit̃
ꝙ zacharias sorte exiit ut incensũ poneret. Et Actuũ. i.
etiã legit̃ ꝙ Mathias sorte ẽ ab apostolis ĩ p̃latũ. i. i apo-
stolũ electus: ergo uidet̃ ꝙ in electiõib⁹ ecclesiasticis p̃la
toꝝ licitũ sit uti sortib⁹. Rñdet̃ ꝙ donec ueniret ueritas
in publico cõcesse fuerũt sortes ĩ ueteri testõ & in puni
tionibus & ĩ electiõibus: & ĩ hiis que ordinabãt̃. Vnde
Beda sup̱ actus ap̄loꝝ. i. sic ait: Hic. s. Mathias eligitur
sorte ne a lege discrepet in q̃ sũmus sacerdos querebat̃:
qua querẽd⁹ erat uerus sacerdos. Vñ donec ueniret ueri
tas figura habuit exerceri: & ꝓpter hoc electio Mathie
sorte facta est ante pẽtecosten in q̃ dabat̃ spũs scũs. Nõ
dũ eñi oĩno facta erat ueritatis publicatio: qa nõdũ erat
plenitudo spũs sci ĩ ecclesia effusa. septẽ ãt diaconi post
ea nõ sorte ꝫ electiõe discipuloꝝ sũt ordinati. Vñ Iero.
sup̱ illo uerbo allegato Ione. i. in glo. dicit ꝙ Ionas fugi
tiuus sorte dep̄hendit̃: & Mathias sorte eligit̃: nõ agit̃
uirtute sortiũ: ꝫ uolũtate dei q sortes regebat incertas.
Nõ ergo hoc exẽplo debemus uti sortib⁹: qa priuilegia
paucoꝝ nõ pñt facere legẽ cõem. Similit̃ Pharao & Na
buchodonosor iudicio sõnioꝝ futura cognouerũt: nõ tñ
ideo somniis ubiqꝫ est credendũ. Secũdo in manifesta-
tione occultoꝝ pctõꝝ nõ est licitũ uti iudicio sortiũ per
duellum & ꝑ iudiciũ ferri candentis & aque feruentis:
tum quia ordinant̃ ad iudicandum occulta que diuino
iudicio preseruantur seu reseruantur. tum etiam quia
iudicium sortium nõ est auctoritate diuina sanctitum.

Vnde. ii. q. v. in can. Cōsuluisti decreto Stephani pape dr: Ferri ancdētis uel aque feruētis examīatiōe cōfessio-nē extorqueri a quolibet sacri nō cōcesserūt canones: & qd scōꝝ patrū documēto sancitū nō est supstitiosa adin uentiōe nō est psumendū. spontanea eni cōfessione uel testiū approbatōe publica delicta habito pre oculis dei timore cōcessa sūt nr̄o regimini iudicare. Occulta uero & incognita illi sūt relinquēda q solus hoīu3 corda no-uit. Et eadē ratio uidet esse de lege duelloꝝ nisi q plus accedit ad cōmunē rationē sortiū inquātū nō expectat ibi miraculosus effectus nisi forte qn̄ pugiles sunt ual-de īpares uirtute uel arte. Hec Tho. scda scde. q. xcv. ar. viii. Quātū uero ad adeptionē dignitatū tpaliū uel de-fensionē ecclesiarū & distributionē elemosynarū dicit: q si necessitas īmineat cū debita reuerētia licitū est sor tibus diuinū īplorare auxiliū & primo in adeptione di gnitatū. Nā in hiis que ordinant ad terrena disponēda plerūq3 hoīes sortibus utunt. Vnde in figura huius Da uid legit primi Reg. xvii. cū philisteo singulare iniisse certamē: qd ad rationē sortiū plus accedit q̄ ad iudiciū ferri candētis uel aque bulliētis: ut patet supra. Scdo li citū est uti sortibus in gubernatiōe uel defensione eccle siarū. Cū eni quedā ciuitas esset obsessa & clerus dubi-taret q deberēt fugere & q manere. Rn̄dit Augustinus ī epistola ad Honoratū sic dicēs: Si inter dei ministros sit decertatio q eoꝝ psecutiōis tpe maneāt ne fuga oīu3: & q eorū fugiant ne morte oīu3 ecclesia deserat. Si hec decertatio aliter non potuit determinari quantū michi

T

uidet qui maneāt & q fugiant forte legēdi·i·eligēdi sūt Tertio licitū est uti sortibus in distributiōe elemosyna rū· Vnde Aug⁹ in primo de doctrina xp̄iana sic ait: Si ti bi habūdaret aliquid qđ oporteret dari ei qui nō habe ret nec duob⁹ dari potuisset· Si tibi occurrerēt duo quo rum neuter aliū indigētia uel erga te necessitate aliqua superaret nichil iustius faceres q̄ ut forte legeres uel elige res cui dandū esset qđ dari utriqꝫ non posset· Hec Tho· scđa scđe·q·xcv·ar·viii· Ratio aūt quare i istis trib⁹ acti bus supradictis est licitū uti sortibus: est ad dirimendū dubitationes & cōtradictiōes humanas· Vnde puer·18· dr̄: Cōtradictiōes cōprimit sors· hec ex Ranerio pisano

S Extadecima questiūcula est: Quare tria peccata·s· sortilegiorū: diuinationū: incantationū & huius modi plus habūdant in mulierib⁹ q̄ in uiris? Rn̄det q aliter fuit de doctrina dei & aliter de doctrina diaboli: qa doctrina dei descendit a deo in xp̄m & a xp̄o in uirū & a uiro in mulierē· Et hūc ordinē tangit aplūs prime ad Cor·xi·dicēs: Caput mulieris est uir: caput uiri xp̄s: caput xp̄i deus· Ecōtra fuit in doctrina diaboli qa ipse diabolus primo transfudit eā i mulierē ut pote que mi nus habebat de sensu & discretiōe spūs: & p mulierē in uirū: & iō citi⁹ & frequēti⁹ hec p̄dicta pctā iueniūt i sexu muliebri q̄ uirili· hec Alex·ii·p·sū·q·liii·de sortib⁹ ar·vi

T Ecimum caput est de cōcessa & assidua cōtra hoīes demonū pugna· Circa qđ sex questiun cule soluent: quarū quelibet infra suo ordine declarabit·

p Rima questiũcula est: Quibus concessa est maior ptās sup hoies an malis spiritib⁹ uel malis hoibus. Ad quā respódet q maior ptās pmissa est malis hoibus sup bonos & malos q̄ sit pmissa demōib⁹ sup eosdē. Que cóclusio pbat̄ rōib⁹: & prio sic: Nā expiētia docuit & docet q de⁹ pmisit & adhuc pmittit tyrānos & alios iiquos hoies: p arbitrio hoies bonos & optimos affligere & molestare martyriis: & tandē qñ & quó uoluerũt eos interficere: qđ de cói cursu nó ē sic pmissũ demōib⁹ sup hoies Alioqn mox cũ aliquē pcipet eē in pctó mortali: ipsũ interficeret: sciētes hoies i mortali culpa mortuos: eē dānatos: ergo. Itē scđo sic: qa hó pót se magis custodire & defendere ab iimico hoie q̄ ab inimico demone: cũ iste sit hostis uisibil̄ & ille iuisibil̄: pp q rónabilit̄ nó tāta ptās pmissa ē demōib⁹ sup hoies: quāta hoib⁹ sup eosdē. Item tertio qa demō ē piculosior inimic⁹ hoi q̄ hó: eo q demō principalit̄ appetit tollere bona aie. s. spūalia & moralia sine qb⁹ btitudo attingi nó pót: hó uero inimic⁹ ut plurimũ querit tollere bona fortune uel nature: & ergo min⁹ sũt timēdi hoies inimici q̄ demóes: qa & si corp⁹ occidere pñt: aiaʒ tñ nó pñt occidere ut demóes. Itē q̄rto sic: qa quātũ ad pñtē statũ mũdi uel cursus huius tpis: & eoꝝ que sub ipso sũt: de⁹ sic res admistrat liberas & illiberas q eas pprios motus hr̄e sinit: ut dicit Aug⁹. Demóes āt nó subsũt statui currēti huius mũdi cũ sint dānati: ergo cótra hoies alterius status nó pñt oēm conatũ exercere: contra quos conari extreme p uiribus licitũ est hoibus cũ sint ambo eiusdē status. hec ex Henrico sup geñ.

S Ecũda questiũcula correlaria ẽ:cui cõcessa ẽ maior ptãs ad affligẽdos bonos: agẽti nãli uel hoi libero Ad quã rñdet᷑ ꝙ hoi agẽti libero statui uie subiecto: Nã crebro legũt᷑ hoĩes iusti ab ĩpiis expositi agẽtibus nãli- bus: ut igni aque: ueneno bestiis: q tñ ñ fuerũt lesi sicut p3 multiplicit᷑ ex historiis scõꝝ: nã deo ꝑmittẽte & actio nẽ libere agẽtiũ ĩpediẽte plures hoĩes & martyres a ua- riis tormentoꝝ generibus necari nõ potuerũt: & tamen in actione gladii ab agente libero omnes interierunt. Hec ex eo ubi supra.

T Ertia questiũcula correlaria ẽ: quare actio afflicti- ua naturaliter agentiũ ab agentibus liberis: qñq3 a deo fuit ꝑmissa: qñq3 ĩpedita. Actio uero gladii semꝑ in oẽs suũ sortita est effectũ & nũq̃ ĩpedita. Ad quã sic re- spondet᷑ ꝙ actio afflictiua naturaliũ agẽtiũ ꝑmissa qñq3 fuit ꝑꝑ peccatũ eius qui lesus est: uel eius cuius ĩpietate innocens: igni: bestiis: mari ꝛc. applicant᷑: uel quia ĩpii digni nõ erant miraculo moneri: uel quia iustum erat ut eorum malicia compleri ꝑmitteret᷑: & sic etiam me- ritum cresceret martyrii in afflictis. Quandoq3 autem talium actio ꝓhibita fuit primo ut patiẽtes apparerent esse ueri serui dei: cui omnis natura obedit que non est instituta ut innocentes ledat: sed ut adiuuet: secũdo ut etiã sic ostenderet᷑ ꝙ innocens natura: quantũ est de se i nocentẽ hominẽ nõ ledit. De actiõe uero gladii uibra- ta ab ĩpiis quare nũq̃ ꝓhibita fuerit: tres cause assignãt᷑ Prima qa gladius ẽ instrumẽtũ ordinariu3 & pricipale

executoriũ iudiciarie ptãtis ad aĩaduertendũ in facino rosos hoĩes: ut habet͛ ff de iuridictiõe oĩuꝫ iudicũ l im periũ cuius executionẽ deus a quo est oĩs potestas po tius semp decreuit exequi q̄ ĩpedire Scđa: a deo gladiꝰ nunq̄ fuit ꝓhibitus quia ꝓhibitio eius pro miraculo nõ fuisset recepta: sed uel arbitrio ꝑcussoris imputata quasi fingentis se nõ posse ꝑcutere Tertia quia cũ apud gen tiles famosa quedã supstitio esset ꝙ magi demonũ ope ratione facere cõsueuerũt: gladios nõ scindere. Ideo ra tionabiliter actio gladii a deo ꝓhiberi nõ debuit: ne illi in quos uibratꝰ fuisset suspecti de supstitiõibꝰ haberẽt͛ Hec ex Henrico de Assia sup genesim

QVarta questiũcula est: Quot sunt spẽs demonũ ho mines ante & post iudiciũ torquentiũ Ad quã sic respondet͛ ꝙ usqꝫ in diẽ iudicii due sunt spẽs demonum torquentiũ & insidiantiũ hoĩbus Aliq̄ eni sũt alligati ĩ huius nr̄i aeris medio qđ tenebrosum est & caliginosuꝫ q nobis dati sũt ĩ ministeriũ exercitatiõis nr̄e usqꝫ ĩ diẽ iudicii tẽptãdo nos nõ supra tñ id qđ possumꝰ: in quo quidẽ aeris medio libẽter nobiscũ morant͛ qđ patet: qa frequẽter legunt͛ petiuisse a xp̄o ut nõ mitterẽt͛ in infer nũ: qđ nõ iõ faciũt q̄si dũ circa nos sunt pena eoꝝ in ali quo minuat͛: nã ut dictũ est: demones quocũqꝫ uadunt secũ infernũ & ignẽ portant quo semp ardẽt: nõ mate rialiter & actiõe corpali s calefaciẽdo: desiccãdo zc qa sic oĩa circa nos cõburerẽt: sꝫ actiõe & motu spũali: sꝫ iõ malũt hic nobiscũ q̄ in infernũ esse: qa penale sibi exi stimãt esse ĩ infernũ ubi rariꝰ: inefficatiꝰ: remotius cõtra

nos agere possūt q̄ dū in hoc aere ꝓpinqui nobis cōmorant᷑. Alii demones sūt alligati ī inferno ad torquendū ante iudiciū solum aīas: post uero iudicium torquendo cōpositū. i. aīam & corp⁹ mō quo dictū est supra prima decade. iii. capite. questiūcula. 5. Alii & tertii demones sunt in purgatorio qui assistūt ibi: ante aīas irridendo: insultādo eis de suppliciis suis ut dicit Tho. ī. iiii. sniaꝝ di. xxi. q. v. Nullā tñ habēt potestatē torquēdi aīas ibidem cū fuerint in pñti uita: eoꝝ uictores. Albertus autē in. 4. assignans causas quare demones in purgatorio nō torqueāt animas dicit: primo qa nō fuit consensus diabolo factus in eis q peccauerūt uenialiter tm̄: imo habitualiter deo consentire uident᷑. Et iō soli deo & iusticie eius subdi debēt & non tortori diabolo. Item scđo ꝓbat idē sic: sicut uidemus in politiis ꝙ alius est puniens filiū & alius furē uel hostē: ita debet in diuinis esse: quia nostra iusticia exemplata est a deo: sed sup filium pater ponit᷑: sup hostē ponit᷑ cōmissarius: sic ergo cū existētes in purgatorio sint filii dei: deus pater debet eos punire & nō demon. Nec etiā puniunt᷑ p angelos bonos: qa nō est uerisimile ꝙ angeli boni cōciues suos tā uehemēter affligāt: imo uisitant & cōfortant ut dicit dn̄s Petrus de palude: ꝙ si dicat᷑ ꝙ angelus bonus lesit Iacob tangens neruum femoris qui emarcuit. geñ. xxxii. Dicit᷑ ꝙ illud fuit ad cōcupiscentie refrenationē & nō ad grauē afflictionē: ut dicit dn̄s Bonauētura ī. iiii. sniaꝝ. di. ii. Et qa ista exercitatio in purgatorio & in aere caliginoso circa nos a demonibus & ministeriū bonoꝝ angelorū in die

iudicii terminabitur. Ideo oẽs spũs mali purgatorii & aeris caliginosi post diẽ iudicii cũ hoibus malis & dam natis detrudent̃ in inferno: boni uero cũ eorũ angelis ĩ ꝑadiso. Tho.p.ꝑ.q.65.ar.4.ad tertiũ.& ĩtra.q.adducti

Quinta questiũcula est: que sũt cause ꝙ demões sic tẽptent: torqueãt & ĩsidient̃ hoibus. Ad quã respõdet̃ ꝙ quintuplex causa est cur demões hoibus insidiẽt̃ Prima est eorũ malicia: qa cũ odio deũ habeãt ex malicia sua querũt auertere hoies a seruitio dei quantũ possunt: sicut is qui inimicat̃ alicui & odit: querit auertere ab' eius obediẽtia & reuerentia subditos eius: sic demones ex malicia querũt auertere a seruitio dei seruos eius & maxime sanctiores & meliores. Vnde Hieronym⁹ ad Eustochiũ inquit: Nõ querit diabol⁹ hoies infideles: nõ eos q foris sũt: & quorũ carnes rex ĩ olla succẽdit Assuerus: de ecclesia xp̃i rapere festinat. Esce eius scd̃m Abachuch electe sũt. Iob subuertere cupit: & deuorato Iuda ad cribrãdos apostolos expetit libertatẽ. Et Iob.4. Esca eius electa & habet fiduciã ꝙ influat iordanis in os ei⁹ id est ꝙ deuoret baptismo purgatos: q baptism⁹ habuit originẽ in iordane. Et ꝓpterea baptizati designant̃ per iordanẽ. Scd̃a est eoꝝ supbia respectu diuine potestatis quã usurpare nitũt̃: ut sicut deus hẽt bonos angelos sibi ministrãtes & assistẽtes in determinatis officiis ad salutẽ hoiuꝫ: sic & demones in ĩpugnãdo uideant̃ sibi determinatos ministros hr̃e ad ĩpugnationẽ hoiuꝫ: Propterea dr̃ Iob penultio: Ipse rex sup oẽs filios supbie. Exemplũ in uitis patrũ de sathana q uisus fuit a quodã exigere rationẽ a scatellitib⁹ suis demoniis inferioris grad⁹

de malis ad que induxerāt tēptatos p̄ ipsos : & illū qui quendā sanctū uirū in heremo cōmorantē : tēptatū ab eo p̄ plurimos ānos:ad ruinā tandē luxurie adduxerat: multū cōmendauit & honorauit. Tertia est iuidia: Nā demones saluti hoīuꝫ iuidentes ꝑfectū eoꝝ p̄ teptatiōes īpedire nitunt̄. Vnde dicit̄ Sapiētie.xx. Inuidia diabo li mors intrauit in orbem terrarum. Et.xvi.q.ii.c.ui/ sis.dr̄ de diabolo ꝙ dolet satis & erubescit charitatem quā in celis nequiuit habere.i.cōseruare: hoīes cōstan/ tes ex luta materia:in terris tenere: & qa ibi debēt ascē/ dere quo ipse descendit. Propterea Aug⁹ de ci.dei dicit: Nō tā Iuno uidet̄ inuidisse Romanis q̄ demones oī ge/ neri humano sedes īuident sempiternas:& licet sciāt ꝙ ex dānatiōe hoīuꝫ maloꝝ quos ex īuidia tēptāt:pena eo rū augeat̄:sicut ex incitatiōe hoīuꝫ ab angelis ad bonū gloria eoꝝ crescit:nō tñ ꝑꝑ hoc dimittūt hoīes tēptare si miles inuido de quo narrat̄ ꝙ petierit sibi unū oculum erui ut ꝓximo suo cui īuidebat duo oculi eruerēt̄ Dicit̄ .n.de quodā rege ꝙ pollicit⁹ fuerit duob⁹.s.īuido & aua ro se facturū qdcūqꝫ peterēt:ita tñ ꝙ q posterior peteret duplū hr̄et. Et cū uterqꝫ differret petere:alter mot⁹ cupi ditate dupli boni habēdi:& alter ne soci⁹ su⁹ plus q̄ ipse hr̄et.tādē p̄cepit īuido rex ut pri⁹ peteret: q petiit ut un⁹ sibi ocul⁹ erueret̄ :ut soci⁹ suus duos āmitteret:noluit.n. aliqd petere boni ne soci⁹ duplū hr̄et: sic demōes tēptāt ex īuidia hoīes:licet nō ignorēt eoꝝ penā in futuro cres cere ex hoīuꝫ dānatōe. Quarta ē iusticia dei que ilr̄ utit̄ ut instrumēto & mīstris ad hoīes puniēdos : sicut i hoc mūdo missus ē spūs mēdax ad puniēdū achab regē isrl̄

ut dr·3·Re·ulti·Similiter & in inferno eodē utit̄ mō il
lis deus ad iusticiā·Quinta ē hoīu3 pigritia:qa·s·pdide
rūt eo℞ arma· nā ponit̄·iiii·pte in uitis pr3:q̄ cū senex
qdā reqreret abbatē senē cur a demōibus hoīes uexarēt̄
& monachi? Rn̄dit senex qm̄ arma eo℞ pdiderūt·i·uir
tutes:penitentiā:humilitatē:obediētiā & pauptatē· hec
Tho·pri·p.q·cxiiii·ar·i·Et·d·Antoninus archiep̄s flo
rentinus in prima parte sūme·

S Exta questiūcula ē:Si cuilib3 moriēti semp demo
nes appareāt· Ad quā uidet̄ primo respōdēdū ne
gatiue:Quia aut apparerēt moriēti scd̄m formā substā
tie eo℞ incorporee: aut apparerēt in corpꝛibus assūptis·
Si primo mō: nō uiderent̄· Oculus·n·corpalis spūalia
absoluta nō uidet·Oportet·n·q̄ inter uisibile & uidētē
sit ꝓportio & cōformitas·Si uero apperēt ī corpib⁹assū
ptis ab oībus uiderent̄·Sed demon in corpe assūpto ab
oībus nō uidet̄:ut p3·i·R·28·de phitonissa & de diabo
lo Samuele sene amicto pallio quē uidebat phitonissa·
Saul uero & duo serui ei⁹nō uidebāt: s3 audiebant:ergo
nullo mō pn̄t uideri a morientib⁹·Ad hāc dubitationē
respōdet̄ q̄ de lege cōi demōes oībus moriētib⁹apparēt
Hec conclusio ꝓbat̄ rōne:auc̄tibus & exēplis·Rōne sic:
Tho·p·p·q·113· &·ii·sn̄ia℞ di·xi·ar·4·& ibidē Bonauē.
Nō min⁹ est ꝓnus & cōtinuus diabol⁹ad pdendū hoīe3
& decipiendū q̄ bonus angelus adiuuandū eū & custo
diendū· S3 bonus angelus nō relinqt hoīem iuuādo &
bonū suadēdo usq3 ī finē mortis īclusiue ei apparēdo as
sistēdo:auxiliādo & bonū psuadēdo: ut p3·iiii·Reg·vi·

T

de rege Syrie & rege israel. Et in uitis patrũ de abbate Moyse & abbate Isidoro. & a Gregorio in omelia uicesime dñice trinitatis: & i dialogis suis: ergo similiter & malus angelus. Secũdo ꝓbatur auctoritatibꝰ. Et primo super illud geñ. iii. Tu insidiaberis calcaneo eius. dicit glo. ordinaria. i. fini uite hoīs. Et ecclesiastici. xxxix. dicitur. Sunt spũs qui ad uindictã creati sunt & in furore suo confirmauerũt tormenta sua & in tempore cõsũmationis effundunt uirtutem suã. Quam sanctus Vincentius & Vgo cardinalis de malis angelis in morte apparẽtibus glosant. & Augꝰ sup illud psalmi. 55. Ipsi calcaneũ meũ obseruabũt. dicit p calcaneũ qui est finis & extremitas hominis uersus deorsum intelligit᷑ finis uite quem malignus spiritus precipue obseruat & ei insidiatur sciens ꝙ finalis lapsus dãnatio est qui in eo decedit. Et gregorius primo moraliũ. c. 7. dicit: Cum hostis noster nec in exordio actiõis pcutit nec in itinere actionis interficit tunc duriores in fine laqueos tẽdit: & tanto sollicitius tũc insidiat᷑ quantũ sibi solum remansisse ad decipiendũ finem considerat. Vnde & psamista: Iniquitas calcanei mei circũdabit me. hec ille. Item gregꝰ. sup illud Luce. xix. Circũdabũt te inimici tui uallo. dicit sic: Diabolꝰ in fine ad bonos & malos etiã & ad xp̃m uenit in cruce morientẽ. Sed ad xp̃m uenit & nichil inuenit Io. xiiii. Venit enĩ princeps mundi & in me non habet quicq̃: quia enĩ hunc mortalẽ hoĩem uidit suum aliquid inuenire in ipso credidit. Sed sine ullo peccato a mũdi corruptiõe exiit q sine pctõ in mundũ intrauit

Ad bonos etiã diabolus uenit & suũ aliquid in eis fuis-
se inuenit: sed tamẽ eos rapere nequit: quia xp̃s ꝑ eis de
bitum soluit. Venit etiam ad reprobos & sua multa in-
uenit: & eos ad tartara rapit. hec ille. Et glosa. sup illud
psalmi. ix. Insidiatur quasi leo in spelunca sua. Dicit ꝙ
loquit̃ psalmista de antixp̃o in ultimo mundi: uel dia-
bolo in ultimo uite. Item Gregorius sup Lucã. ix. dicit:
Maligni spiritus animã undecũq; angustant quãdo ei
nõ solum opis: uerũ etiã locutionis: cogitationis: iniqui
tatis replicãt ut que prius se dilatauit in scelere ad ex-
tremũ de oĩbus angustet̃ in retributiõe. Et iterũ idẽ di-
cit: Diabolus tanto grauiores tẽptationes ingerit: quãto
magis peccatorẽ appropinquare fini conspicit. hec ille.
Exemplis etiã idem patet: & primo in uita sancti Mar-
tini: cui morienti apparuit diabolus quem uidẽs dixit:
Quid hic astas cruenta bestia. Et beata uirgo Maria ro
gauit xp̃m ut in die obitus sui demones ei nõ occurre-
rent (licet tamen hoc sit apocriphũ) Et in transitu beati
Hieronymi recitat Cyrillus ad Augustinũ de Eusebio
discipulo beati Hieronymi in fine uite clamante fratri
bus assistentibus: O fratres adiuuate me ne pereã haud
nõ uidetis demonũ agmina qui me debellare & ad tar-
tara ducere festinant. Et ut ad summã: de insidiis insa-
tiabilis homicide diaboli cõtra hoĩem in hanc partẽ cõ-
cludã. Sciendũ est ꝙ lucifer ab initio post casũ ubi co-
gnouit celestia subsellia irreuocabiliter ãmisisse: ĩuidie
dolore tactus ĩtrinsecus: ne unde ipse eiectus fuerat: ho
minẽ ascẽdere cõtigisset: cepit aduersus eũ: toto malig-

T

nitatis spũ debacchari:ita ut ne ĩ morte solũ:sed & ĩ ui-
ta & post mortẽ: totis aduersus eũ uiribus moueat᷑. Et
q̃dem in uita in primos parentes cepit primo seuire:qñ
sub lubrici serpẽtis tegmĩe:mulierẽ latẽter decepit:atq;
p eã uirũ peccare fecit:qñ deũ mendacẽ & inuidũ signi
ficauit dicens:nequaq̃ moriemini: scit enĩ deus ꝙ qua-
cunq; hora de ligno uite comederitis:eritis sicut dii: qñ
etiã sibilo uirulẽtie sue corpa ꝓthoplaustoꝝ:& nr̃a que
ĩ eis radicaliter erãt:carnis stimulis incẽdit atq; infecit:
deinde totius posteritatis originẽ mille nocẽdi milleq;
leti modis corrupit. In morte p̃terea hoĩes uexare nõ ces
sat. Nã ipse calcaneũ eius obseruat:sedet ĩ abscõdito q̃si
leo in spelũca sua ut queq̃ deuoret:ut interficiat ĩnocen
tẽ. Q uimo & post mortẽ ĩ corpa deseuit hũana. Fert᷑ enĩ
a Pythagora deinde ab Ouidio & Isidoro ꝙ natura uel
arte demõis:uel forte inimicitia a deo teste scriptura po
sita ĩter serpentẽ & semẽ hoĩuȝ:de medulla hoĩs mortui
que ĩ sede ueneris & spina dorsi est: serpẽs generat᷑:qui
cerebro deuorato p oculos exit:reliquã ptẽ corpis depa-
sturus. Ad argumẽtũ ãt in frõte.q.factũ duplicit᷑ Rñ-
det᷑. Primo ꝙ apparitiões demonũ moriẽtibus sũt ima
narie:formãt enĩ demões mouendo hũores & sanguinẽ
aliq̃s imagines repñtãtes eos:qđ ãt uidet᷑ imaginarie nõ
apparet nisi illis qb⁹ fit uisio ut pȝ ĩ ꝓphetis: iõ & sic põt
esse ĩ demonũ apparitiõib⁹. Dicit᷑ scđo ꝙ q̃a similẽ ptãtẽ
hñt demões & boni ãgeli sup corpa ab eis assũpta quã
habẽt sup corpa ꝓpria glorificata aĩe beatoꝝ in q̃rũ po-
testate erit ꝙ corpa eorũ uideant᷑ uel nõ:& ab uno uel a
pluribus in parua uel magna distantia: ita ꝙ oĩs actio

corporis erit in potestate anime. Alias eni corpus glo-
riosum nō esset instrumentū sūme obediens principali
agenti.s.anime.Sic similiter dicimus & de demonibus
& angelis bonis: q in eorum potestate est i corporibus
assumptis apparere uel nō:uel uni uel pluribus: distan
ter uel prope.Hec Tho.elicitiue in.iiii.sniaꝝ dis.xliiii.
q.ii.Patet hoc etiā in angelo bono Daniel.x. & in xp̄o
glorificato qui apparuit Paulo:quē paulus uidebat:ui-
ri autem qui comitabant cum eo stabant stupefacti au-
dientes quidē uocē:neminē autē uidentes:Actuū.ix.c.
Rogemus ergo nos sauctissimam trinitatem:Beatā dei
uirginem genitricem: & patrem nostrū diuinū sanctū
Dominicū:ut cum uenerit hora nostri regressus ad pa-
trem:in exitu israel de egypto:domus Iacob de populo
barbaro:nobis obuiam xp̄s occurrat:exitum nostrū an-
gelorū turba comitet.Nichil in nobis funesti occurrē-
tes reperiāt iimici: sꝫ sinus abrahe nos suscipiat Amen.

A Bsolui Illustrissime ac iuictissime princeps: auspi-
ce deo: utinam tam efficaciter q̃ libenter opusculū:
qđ fidei: obseruantie: integreq; charitatis in te mee: esset
testimoniū: Qđ nō eo cōsilio: tue dominatiōi dicare cō
stitui: q͞p crederem te: eo instrui: aut quicq̃ inde haurire
posse discipline. Tecum enim habes ea omnia uirtutū
ornamenta: quibus omnis laus recte cōparat᷑. Tanta ti
bi insuper: insidet sapientia: quin potius a natura ina-
ta ingenii uis: tantaq; prudētia: rerūq; omniū experien
tia: ut nullis egeas exterioribus adiumentis. Verū ego
ut litterarū etiam monumentis: īmortalitati consecrare
ris: glorieq; & nominis tui auidissimus: libellum hunc:
utinā tanto principe dignū. t. d. offerendū duxi: In quo
dum belli pacisq;: ingens occupationū sarcina: te respi-
re permiserit: habeas aliquas paruitatis intellectus mei
ineptias: ut in eis recreationis gracia: nō tam delecteris
q̃ tui acutissimi ingenii iudicio: atq; censura corrigas &
castiges. Vale decus principum: & ea molire que uel in
uidos ad tuas laudes cogant.



Quedam in uolumine corrigenda.

Pagina prima florerent ꝑ floreret. Pagina q̃rta quedam fuiſſe ꝓmote ꝑ quaſdã fuiſſe ꝓmotas. Pagina. x. tres queſtiũcule ꝑ. x. queſtiũcule. Pagina. xi. dixerũt pro dixit. paſſiua ꝑ paſſione. Pagina. xv. neq; funera flere fas ſit: ꝑ funera fletu faxit.. Pa. xxi. cõnexa ꝑ conuexa. P. xxv. luna exiſtẽte. ſ. plena. Pagina. xlvi. qcũq; ſenſus ꝑ qnq; ſenſus. Pagina. li. ĩꝑfectione ꝑ ĩꝑfecta. dirigentis ꝑ digerentis. Pagina. lvi. pua ꝑ puta. Pagina. lxix. tontalus ꝑ tantal⁹. Pagina. xci. ꝓbabile ẽ ꝑ ĩprobabile. Pagina. 96. ſuꝑ totũ ꝑ ꝑ totum. Pagina. cxv. poſiti ꝑ potiti. Pagina cxix. in oriente bis deficit. Pagina. cxxx. nõ parue ꝑ parua. Pagina. cxxxv. libro primo. c. xix. Pagina. cxxxx. ꝓximo ꝑ ꝓximi. Pagina. cxlv. tã miſericorditer ꝑ tã inſepabiliter. Pagina. cl. miralia ꝑ mirabilia. Pagina. clxi. inquantĩ ꝑ inquãtũ. Pagina. cxci. maioris medie & minoris ꝑ maiores medie & minores. Pagina. ccxix. ad homines auxiliandũ ꝑ ad hoĩes auxiliandos. Pagina. 232. crotonũ ꝑ cotronũ. Pagina. ccxxiiii. mente rationalia deficit. Pagina. ccxlv. poſſũt moueri ꝑ mouere. Pagina cclvii. qđ nõ habet rationẽ boni ꝑ qđ habet rationẽ boni. Pagina. inſolidũ ꝑ inſolitum. interficere ꝑ interfici. Pagina. cclxii. qñ & ubi uelle ꝑ uellent. Pagina. cclxix. ducturũ ꝑ ducturã. Pagina. cclxxvii. Ipẽ eſt rex ſuꝑ oẽs ſcatellitibus ꝑ ſatellitibus. Finis huius operis.

Impreſſũ Rome ꝑ Euchariũ Silber alias Franck natiõe Alemanũ: Anno nr̃e ſalutis. 1493. die. 27. mẽſis Auguſti.

Regiſtrum huius operis.

Ad inuictiſſimũ
Et hic error
ſemine uelocius
ſicut materie
reſurget iterũ
Manes
tur. Et Tertullianꝰ
Et gregorius
litigatoribus
magiſtris
mũdi inchoate
ex qua
agilitatis
donata
eſſe ſpirituale
ranea in
dicit. Superna
quod pōt
poſt mortẽ
ſicut de ſenſu
cum tali
Et in de ciui.
humanarũ
laris
merito:quia

liter nõ agit
habens cor
in purgatorio
ſonant
ſunt in inferno
etatẽ deceſſerũt
contra aſſyrios
aliam rationẽ
inſufflauit
minoris mali
Apparet hoc
naturalis.
uel ex
Tũ quia
nocte ꝙ
quedã interna
impediẽtes
cauſis
adminiculis
neceſſe eſt
aũt ſunt
ad finem
in tertia
xxxviii. dicit

Septima &
ut patet
lumine clariori
& ſententie
bertatẽ arbitrii
uel apparentis
linquit hoĩem
Prima queſtiũ.
dñe Eue
ſapientia
laxamenti
ſoli obediendũ
ſocietatem
demonũ
nobis quaſi
ſequitᷣ ꝙ
deo:ſicut
iunctiones
corpalibus
factione
etiã demonũ
uidetᷣ qui
nos agere

Oẽs ſũt q̃terni:excepto tertio & ultimo q ſũt quinterni

